ἔτι γὰρ παντελὴς ἄδηλος βέβηκε τῆς ζωῆς ὁ θάνατος σωδιαλυομένης τοῦ σώματος τῆς ψυχῆς καὶ σωδιαφθειρομένης· ἢ μένει μὲν καθ' ἑαυτὴν ἄλυτος ἡ ψυχὴ, ἀσκέδαστος, ἀδιάφθορος, φθείρεται δὲ καὶ διαλύεται τὸ σῶμα, οὐδεμίαν ἔτι σῶζον οὔτε μνήμην τῶν εἰργασμένων, οὔτ' αἴσθησιν τῶν ἐπ' αὐτῇ παθημάτων. συγγνωμένης μὴν γὰρ παντελῶς τῆς τῶν ἀνθρώπων ζωῆς. οὐδεμία φανήσεται τῶν ἀνθρώπων οὐ ζώντων φροντὶς, οὐ τῶν κατ' ἀρετὴν ἢ κακίαν βεβιωκότων ἡ κρίσις· ἐπεισκυκλήσεται δὲ πάλιν τὰ τῆς ἀνόμου ζωῆς, καὶ τῶν ταύτῃ συνεπομένων ἀτόπων τὸ σμῆνος, τό, τε περὶ ἀνομίας ταύτης κεφάλαιον ἀθεότης. εἰ δὲ φθείροιτο μὴν τὸ σῶμα καὶ χωροῖ πρὸς τὸ συγγενὲς τῶν λελυμένων ἕκαστον, μένοι δὲ ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν ὡς ἄφθαρτος, οὐδ' οὕτως ἕξει χώραν ἡ κατ' αὐτῆς κρίσις, μὴ προσόντος δικαιοσύνης. ἐπεὶδὴ μηδὲ θεμιτὸν ὑπολαμβάνειν ἐκ θεοῦ καὶ παρὰ θεοῦ γίνεσθαί τινα κρίσιν, ἣ μὴ πρόσεστι τὸ δίκαιον. οὐ πρόσεστι δὲ τῇ κρίσει τὸ δίκαιον, μὴ σωζομένου τοῦ διαπραξαμένου τὴν δικαιοσύνην ἢ τὴν ἀνομίαν. ὁ γὰρ διαπραξάμενος ἕκαστον τῶν κατὰ τὸν βίον ἐφ' οἷς ἡ κρίσις, ἄνθρωπος ἦν, οὐ ψυχὴ καθ' ἑαυτήν. τὸ δὲ σύμπαν εἰπεῖν, ὁ λόγος τοῦτος ἐπ' οὐδενὸς φυλάξει τὸ δίκαιον. καταδικασθήσεται τὲ γὰρ τιμωμένων, ἀδικηθήσεται τὸ σῶμα ἀφῶς, ἐκ τοῦ κοινωνῆσαι μὲν τῇ ψυχῇ τῶν ἐπὶ τοῖς πονουλαζομένοις πόνων, μὴ κοινωνῆσαι δὲ τῆς ἐπὶ τοῖς κατορθωθεῖσι τιμῆς, καὶ συγγνώμης μὲν τυγχάνειν πολλάκις τὴν ψυχὴν ἐπὶ τινων πλημμελημάτων, διὰ τὴν τοῦ σώματος ὠφελειάν τε καὶ χρείαν, ἐκπίπτειν δὲ αὐτὸ τὸ σῶμα τῆς ἐπὶ τοῖς κατορθωθεῖσι κοινωνίας, ὑπὲρ ὧν τοῦς γὲ τῇ ζωῇ συνδιήνεγκε πόνους, πῶς ἐκ ἀδικοῦ; Ἐμὴν καὶ πλημμελημάτων κρινομένων ἐσώζετο τῇ ψυχῇ τὸ δίκαιον, εἴτε μόνη τινὶ δίκην ὑπὲρ ὧν, φόχλοῦντος τοῦ σώματος, καὶ πρὸς τὰς οἰκείας ὀρέξεις ἢ κινήσεις ἐλκόντος, ἐπλημμέλησεν· ποτὲ μὲν τὴν τῶν συναρπαγῶν καὶ κλοπῶν, ποτὲ δὲ κατὰ ἔνα διαιτόβραν ὁλκὴν, ἄλλοτε τὴν συνδρομὴν, φιλάνθρωπος μέρει καὶ θεραπείας τοῦ τοῦ συνάσεως. ἢ πῶς ἐκ ἀδικον τὴν ψυχὴν κρίνεσθαι καθ' ἑαυτὴν ὑπὲρ ὧν ἐν ἔνοιῶ ἔχει, καὶ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ἐκ ὄρεξιν, ἐ κίνησιν, ἐχ ὁρμήν· οἵονται λαγνείας, ἢ βίας, ἢ πλεονεξίας, ἢ ἀδικίας, καὶ τὰ ἐπὶ τοῦτοις ἀδικημάτων; εἰ γὰ τὰ πλεῖστα τοιούτων γίνεται κακῶν ἐκ τοῦ μὴ κατεκρατεῖν τοῦς ἀνθρώπους τῶν φόχλοιώτων παθῶν· φόχλοῦνται δὲ ὑπὸ τῆς τοῦ σώματος φιλοτιμίας καὶ χρείας, καὶ τῆς πορὶ τοῦτο πουδῆς καὶ θεραπείας. (τούτων γὰρ ἕνεκν πᾶσα ἡ κτῆσις, καὶ πρὸς ταύτης ἡ χρῆσις· ἔτι δὲ γάμοι, καὶ ὅσαι καὶ τὰ βίου πράξεις,

in quibus

ᾧ οἷς καὶ περὶ ἃ θεωρεῖται τό, τε πλημμελὲς, καὶ ὀρθὸν.) πῶς δίκαιον, ᾧ οἷς πρωτοπαθεῖ τὸ σῶμα καὶ τῇ ψυχῇ ἕλκει πρὸς συμπάθειαν καὶ κοινωνίαν τῶν ἐφ' ἃ δεῖται πρᾶξεως, αὐτῇ κρίνεσθαι μόνῃ; καὶ πᾶς μὲν ὀρέξεις καὶ τὰς ἡδονὰς, ἐπὶ φόβος τε λύπας, ἐφ' ὧν πᾶν τὸ μὴ μέτριον, ὑπόδικον, ἀφ' τοῦ σώματος ἔχει τῇ κίνησιν· τὰς δὲ ἐκ τούτων ἁμαρτίας τὰς ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις τιμωρίας ἐπὶ τῇ ψυχῇ φέρεσθαι μόνῃ, τῇ μήτε δεομένῃ τοιούτου πόνου, μήτε ὀρεγομένῃ, μήτε φοβουμένῃ· ἢ πάσχουσά τι τοιοῦτον καθ' ἑαυτῇ, ὅλον πάσχειν τὸ ἄψυχον αὔθρωπος; ἀλλὰ κἂν μὴ μόνον τοῦ σώματος, αὐθρώπου δὲ θῶμεν εἶναι τὰ πάθη, λέγοντες ὀρθῶς, εἰ τὸ μίαν ἐξ ἀμφοτέρων εἶναι τῶν τόνου ζῴων, ὁ δίλυπον γε καὶ τῇ ψυχῇ τοῦτο προσήκειν φήσομεν, ὁπόταν καθαρῶς τῶν ἰδίων αὐτῇ ἀποσπῶμεν φύσιν. εἰ γὰρ πάσης καθάπαξ τροφῆς ὅλην ἀνενδεὴς, οὐκ ἂν ὀρεχθείη ποτὲ τούτων ὧν ὁ δίαμῶς δεῖται πρὸς τὸ εἶναι, ὅτ' ἂν ὁρμήσειεν ἐπί τι τούτων οἷς μηδ' ὅλως χρῆται τὸ φύκεν· ἀλλ' οὐδ' ἂν λυπηθείη δι' ἀπορίαν χρημάτων ἢ κτημάτων, ὡς ὁ δίλον αὐτῇ προσήκοντων. εἰ δὲ καὶ φθορᾶς ὅλη κρείττων, ὁ δίλον φοβεῖται τὸ πρᾶγμα, ὡς φθορικὸν ἑαυτῇ. οὐ γὰρ δέδοικεν οὐ λιμόν, οὐ νόσον, οὐ τέμνειν, οὐ λώβλα, οὐ πῦρ, οὐ σίδηρον· ὅτε μὴ δὲ πάθεν ἐκ τούτων δυνάτα τι βλαβερόν, ὅτ' ἀλγεινόν, οὐχ ἁπλῶς ἀλλ' ἀπομεγέθη αὐτῇ τὸ πρᾶγμα ὅτε σωματικῶν, ὅτε σωματικῶν δυναμένων. εἰ δὲ τὸ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς ἰσχύοντος προσάπτειν ἄτοπον, τὸ τὰς ἐκ τούτων ἁμαρτίας καὶ τὰς ἐπὶ ταύταις τιμωρίας ἐπὶ μόνας φέρειν τὰς ψυχὰς, ὑπερβαλλόντως ἄδικον, καὶ τῷ θεοῦ κρίσεως ἀνάξιον. πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις, πῶς οὐκ ἄτοπον τῶν μὲν ἀρετῶν καὶ τῶν κακίαν μηδὲ νοεῖν δυνάσθαι χωρὶς ἐπὶ τῆς ψυχῆς· (ἀνθρώπου γὰρ ἀρετὰς ἔνα γινώσκομεν τὰς ἀρετὰς ὡς πρόσθεν καὶ τῶν ταύτας ἀντικειμένων κακίαν, οὐ ψυχῆς κεχωρισμένης τοῦ σώματος, καὶ καθ' ἑαυτῶν οὔσης·) τῶν δ' ἐπὶ τούτοις τιμῶν ἢ τιμωρίαν ἐπὶ μόνης φέρεσθαι τῆς ψυχῆς; ἢ πῶς ἂν τις νοήσειεν ἐπὶ ψυχῆς μόνης ἀνδρείαν, ἢ καρτερίαν, οὐκ ἐχούσης οὐ θανάτου φόβον, οὐ τραύματος, οὐ πυρώσεως, οὐ ζημίας, οὐκ ἀκίας, ὁ τῶν ἐπὶ τούτοις ἀλγημάτων, ἢ τῶν ἐκ τούτων κακοπαθείας; πῶς δὲ ἐγκράτειαν καὶ σωφροσύνην, καὶ δεμίας ἕλκοσης αὐτὴν ἀθυμίας πρὸς τροφῶν, ἢ πίειν, ἢ τὰς ἄλλας ἡδονὰς τε καὶ τέρψεις, οὐδ' ἄλλου τινὸς οὔτ' ἔσωθεν ἐνοχλοῦντος, οὔτ' ἔξωθεν ἐρεθίζοντος; πῶς δὲ φρόνησιν, οὐχ ὑποπεπτωκότων αὐτῇ πρακτέων, οὐδ' ἀρετῶν καὶ φυκτῶν· μᾶλλον δὲ μηδεμιᾶς ἐνόσης αὐτῇ κινήσεως τὸ πρᾶγμα, ἢ φυσικῆς ὁρμῆς ἐπί τι τῶν πρακτέων;

in quibus & circa quæ ſpectatur quicquid in laude uel in uitio eſt:) ubi hîc æquitas, quum ob ea quibus præafficitur corpus, animámque trahit ad conſortiũm eiuſdem affectionis, ſtudio obtinendi ſui uſus, anima ſola condemnetur, quúmque cupiditates, uoluptates, formidines & dolores, quorum immodeſtia omnis, iudicio obnoxia eſt, motum trahant à corpore, peccata tamen inde manantia eorúmque ſupplicia in ſolam animam incumbere, quæ nihil tale requiſiuit, nihil tale appetiuit, nec metuit, nec paſſa eſt iſtiuſmodi quippiam per ſe, qualia homo pati conſueuit? Quinimo ſi nõ ſolius corporis ſed hominis ſtatuamus eſſe paſsiones, eo quòd una illi ſit ex ambobus uita, nequaquam tamen eas ad animam pertinere allegabimus, quum liquidè eius propriam materiã inſpexerimus. Si enim nullius omnino alimenti eſt indiga, nunquam ea appetierit quorum uſum non requirit ut ſuam eſſentiam tueatur: neque ad ea rapietur quibus ut fruatur ex natura non habet. imò ne doluerit quidem ob inopiam pecuniarum aut poſſeſsionum, ut nihil ad ipſam pertinentiũ. Quòd ſi ſupra corruptionem conſiſtit, nihil ſcilicet ſibi exitiale ueretur, non enim famem aut morbum, aut mutilationem, aut truncationem, aut ignem, aut ferrum timet. quãdoquidem nihil cladis aut triſte ab ijs accipere poteſt, quum nullum corpus aut corporeum ulla ex parte illam attingere ualeat. Quòd ſi abſurdum eſt peculiariter affectiones animæ aſsignare, etiam harum pœnas attribuere animabus, immenſæ iniquitatis eſt, & alienum à diuino iudicio. Præter iſta quæ iam dicta ſunt, quî quęſo non abſurdũ eſt, uirtutes & uitia ne intelligi quidem poſſe, ſeorſum in anima conſiſtere: (hominis enim eſſe uirtutes, quæcunque uirtutes ſunt, perſentiſcimus: ut itidem & uitia uirtutibus contraria, non animæ ſeparatę à corpore, & per ſe exiſtentis dijudicamus:) ſupplicia tamen & præmia iſtorum ad ſolas animas referre uelle. Aut quî quæſo ſentias ſolius animæ fortitudinem, aut tolerantiam eſſe, quæ nec mortem, nec uulnera, nec mutilationem, nec damnum, nec contumelioſam tractationem exhorret, neq; eos qui inde proueniunt, uel dolores, uel miſerias? Aut quî rurſum tẽperantiã uel prudentiã intelligas, ubi nulla appetentia animũ ad cibum, ꝯ cubitum, aliáſue uoluptates & oblectationes trahat. nihlq; uel intus obturbet, uel foris irritet? Aut quî denique prudentiã imaginaueris, quũ materia rerum eligendarũ & fugiendarũ ad animas non ſpectet, quũ materia delectus in rebus agẽdis animæ nõ ſubijciatur, uel potius, nullus ei inſit motus aut naturalis impetus ad res agẽdas?

Vbi

Vbi autem omnino inter duas animas congruens iustitia, siue res cognatas siue externas respicias: aut unde, aut quibus, aut quomodo tribuent id quod æquũ est uel secundum dignitatẽ cuiusq; uel secũdum proportionem? nihil profectò tale est, si excipias honorem Deo ab illis impartiendum quum neque impetum aut motum habeant, ut uel suis utantur, uel ab alienis abstineãt: quũ usus abstinẽtiáque in illis cernatur quibus istiusmodi res ex natura necessariæ sunt, anima cõtrà ita nata sit ut nihil horum requirat: atque inde est quòd in re ita ingeniata propriã membrorum functionem deprehendere nequeas. Quin illud quoq; absurdissimum, leges conditas ad homines referri, pœnam legum ad solas animas retorqueri. Si enim qui leges recipit, iure etiam receperit uiolatarum legũ multas, leges autẽ recepit homo, nõ anima sola, æquum est hominem delictorũ pœnas luere, non animam solam. Quandoquidem nõ animabus præcepit Deus ut ab illicitis abstinerent, ut pote adulterijs, cædibus, furtis, rapinis, & neglectu parentum, & ab omni noxa & iniusta alienę rei cõcupiscentia. Non enim præceptum, Honora patrem & matrem, animabus competit, quum ad eas istiusmodi nomina non pertineant. non enim anima animã gignit, ut inde sibi uendicet nomen parentis: sed homo hominem. Neque item, Ne adulterium facias, de animis aut dici aptè aut intelligi potest, quũ in ipsis nõ sit masculini aut fœminini sexus ullũ discerniculum, aut coituũ aptitudo, aut coeundi appetitus. at ubi appetitus ille non sit, misturã illã fieri impossibile est: apud quos autẽ istiusmodi mistura nõ est, ne legitima quidem coitio, nimirum connubialis, reperiri potest. ubi uerò connubialis coitio nõ est, neque illegitima & alienæ uxoris uel appetentia uel coitio (id enim adulterium est) locum habet. Neque item præceptum de furto uitando, aut nimietatis concupiscentia in animae congruit. nihil enim illis opus habẽt, quorum qui indigi sunt, ob naturalem inopiam uel necessitatem, uel furto uel latrocinio ea sibi parare solent: quale est aurum, argentum, pecus, aut quippiam quod ad uictum uel cultum idoneum sit. Inutile enim est immortali naturæ quicquid indigis ideo appetibile est, quia utile. Cæterum exactior ratio illis relinquatur qui ista diligentius cupiunt rimari, aut ardentius cum aduersarijs contendere. Nobis autem quum sufficiant superius dicta, eáque quæ cum istis concorditer & quasi uno concentu resurrectionem stabiliunt, ijsdem diutius immorari intempestiuum uidetur.

ποῦ δὲ ὅλως ψυχαῖς ἡ πρὸς ἀλλήλας δικαιοσύνη προσφυὴς, ἢ πρὸς ἄλλο τι τῶν ὁμοιοτρόπων ἢ ἑτερογενῶν, ὁπόθεν ἐχόσας ὅτε πόθεν, ὅτε δι' ὧν, ὅτε πῶς ἀπονέμουσι τὸ κατ' ἀξίαν ἢ κατ' ἀναλογίαν ἴσων, ἐξαρμογὴς τῆς εἰς θεὸν τιμῆς· ὁσί' ἄλλων ἐχόσας ὁρμὴν ἢ κίνησιν πρὸς χρῆσιν ἰδίων, ἢ πρὸς ἀρχὴν τῶν ἀλλοτρίων· τὸ μὴ χρήσεως τῶν ἰδίων φύσιν, ἢ τὴν ἀρχῆς ὧν τὸ χρῆσθαι περιόντων θεωρουμένης· τὴν δὲ ψυχῆς, μήτε δεομένης τινὸς, μήτε χρῆσθαι δυνάμενος ἐστὶν ἢ ἐνὶ περιόντος, καὶ διὰ τοῦτο μήτε τὴν λεγομένης ἰδιοπραγίας τῶν μεροῦς ὧν τὸ ὅτως ἐχόσης ψυχῆς ἐνεργεῖν δυναμένης. καὶ μὴν κἀκεῖνο παντῶν παραλογώτατον, τὸ τοὺς μὴ θεοσεβοῦντας νόμους ἐπ' ἀνθρώπους φέρειν, τῶν δὲ νομίμων ἢ παρανόμων πεπραγμένων τὴν δίκην ἀθῶν μόνας τρέπειν τὰς ψυχάς. εἰ γὰρ ὁ τοὺς νόμους δεξάμενος, τοῦτον δίκας αὖ δικαίως καὶ τὴν παρανομίας τὴν δίκην, ἐὰν δὲ ἐξαῶ δὲ τοὺς νόμους ἄνθρωπος, ὁ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν, ἄνθρωπον δεῖ καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν ἡμαρτημένων ὑποσχεῖν δίκην, ὁ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν. ἐπεὶ μὴ ψυχαῖς ἐνετείλατο θεὸς ἀπέχεσθαι τῶν ἀνοσίων ἀπὸ τῶν συγκόντων, οἷον μοιχείας, φόνου, κλοπῆς, ἁρπαγῆς, καὶ τῶν γεννησάντων ἀτιμίας, πάσης τε κοινῆς καὶ ἀδικίας καὶ βλάβης τῶν πέλας γινομένης ἀπὸ θυμίας. οὔτε γὰρ τὸ τίμα τὸν πατέρα σοῦ καὶ τὴν μητέρα, ψυχαῖς μόνον ἁρμόσον, ὁ πρὸς συγκόντων αὐταῖς τῶν ἰδίων ὀνομάτων· ὁ γὰρ ψυχὰ ψυχὰς γεννᾶσαι, τὴν τοῦ πατρὸς ἢ καὶ μητρὸς οἰκειοῦται προσηγορίαν, ἀλλ' ἄνθρωπος ἄνθρωπον. ὅτε οὖν ὁ μοιχεύσας ἀπὸ ψυχῶν λεχθέν ποτ' ἂν ἢ νοηθέν δεόντως, ὁπόσης γὰρ αὐταῖς καὶ τὴν ἄρσεν καὶ θῆλυ διαφορᾶς, ὁδὲ πρὸς μίξιν ἐνὸς ἀπὸ τῆς θηλειότητος, ἢ πρὸς ταύτην ὀρέξεως. ὀρέξεως δὲ διαύτης ὁπόσης, ὁδὲ μίξεν ἐν σωματῶν· πρὸς οἷς ἡ μίξις οὐκ ἔστιν, ὅλως οὐδὲ ἐνθεσμος μίξις, ὅπερ ὅτιν ὁ γάμος. γνῶμεν δὲ μίξεως οὐκ οὔσης, οὐδὲ τὴν παρανομον καὶ τὴν ἐπ' ἀλλοτρίᾳ γυναικὶ γινομένην ὄρεξιν ἢ μίξιν εἶναι δυνατὸν. τοῦτο γὰρ ἐστι μοιχεία. ἀλλ' οὐδὲ τὸν κλοπὴν ἀπαγορεύειν, ἢ τὴν τοῦ πλείονος ἐπιθυμίαν, ψυχαῖς προσφυές· οὐδὲ γὰρ δέονται τούτων, ὧν οἱ δεόμενοι, διὰ τὴν φυσικὴν ἐνδειαν ἢ χρείαν, κλέπτειν εἰώθασιν, ἢ λῃστεύειν, οἷον χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, ἢ ζῶον ἢ ἄλλο τι τῶν πρὸς τροφὴν ἢ σκέπην ἢ χρῆσιν ὧν δεῖται. ἀχρεῖον γὰρ ἀθανάτῳ φύσει παῦ ὁ πόσον δεῖ δεῖσθαι ὀρεκτὸν, ὡς χρήσιμον. ἀλλ' ὁ μὲν ἐντελέστερος περὶ τούτων λόγος ἀφείσθω τοῖς σπουδαιότερον ἔκαστον σκοπεῖν βουλομένοις, ἢ φιλοτιμότερον διαγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς διαφερομένους. ἡμῖν δὲ ἀρκούντων τῶν ἀρτίως εἰρημένων καὶ τῶν συμφώνως τοῖς τῆς ἀναστάσεως πιστεμένοις, τὸν πῆς αὐτοῖς ἐν πλείοσι διατρίβειν, ὁπόταν ἂν ἔχοι καιρός.

Mon

ὀλίγα τὸ μυδλῶν παραλιπεῖν τῶν γιγνόντων εἰπεῖν, παραιτούμεθα σκοπῶν, ἀλλὰ τὸ κεφαλαιωδὲς ὑποδείξαι τοῖς σωμελθεῖν ἃ χρὴ περὶ ἀναστάσεως φρονεῖν, καὶ τῇ δυνάμει τῶν παρόντων συμμετρῆσαι πάσι τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἀφορμάς. διηκριβωμένων δὲ πάντων τῶν παρεστώτων, ὑπόλοιπον ἂν εἴη καὶ τὸν ἀπὸ τέλους διασκέψασθαι λόγον, ἤδη μὲν τοῖς εἰρημένοις ἐμφαινόμενον, πρὸς αὐτοῖς δὲ μόνον ὑπῆρξε σίας καὶ παραδύκης δεόμενον, ὡς μὴ δοκεῖν τῶν μικρὸν εἰρημένων ἡμῖν ἀμνημόνευτον καταλιπεῖν, καὶ παραβλάψαι τὴν ὑπόθεσιν, ἢ τὴν ἐξ ἀρχῆς γενομένην διαίρεσιν. Τούτων τε οὖν ἕνεκεν καὶ τῶν ἐν τούτοις ἐγκειμένων, καλῶς ἂν ἔχοι πρὸς τὸν ἐπιμένασθαι μόνον, ὅπερ δεῖ καὶ τῶν ἐκ φύσεως συνιστάμενων, καὶ τῶν κατὰ τέχνην γινομένων οἰκεῖον ἑκάστου τέλος εἶναι τρόπον, καὶ ἅμα κοινῆς πάντων γνώσεως ἐκδιδασκούσης ἡμᾶς, καὶ τῶν γὰρ ὀφθαλμοῖς προφερομένων ἐπιμαρτυρούντων. ἢ γὰρ ὁ θεωρούμενος ἑτέρου τι τοῖς γεωργοῦσιν, ἕτερον δὲ τοῖς ἰατρεύουσιν ὑποκείμενον τέλος· καὶ πάλιν ἄλλο μέν τι τῶν ἐκ γῆς φυομένων, ἄλλο δὲ τῶν ἐπ' αὐτῇ τρεφομένων ζώων, καὶ κατὰ λόγον φυσικὸν εἰρμὸν γιγνομένων· εἰ δὲ τοῦτ' ἔστιν ἐναργές, καὶ δεῖ πάντως ταῖς φυσικαῖς ἢ τεχνικαῖς δυνάμεσι, καὶ ταῖς ἐκ τούτων ἐνεργείαις τὸν ἐν τῇ φύσει ἐπιθεῖναι τέλος, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὸν τῶν ἀνθρώπων τέλος, ὡς ἐξαιρέσεως ὄν φύσεως, ἐξῃρῆσθαι τῶν ἄλλων κοινόν τος. ἐπεὶ μὴδὲ θεμιτὸν τὸν ὑποθέσθαι τέλος τῶν λογικῆς κρίσεως ἀμοιροούντων, καὶ τῶν ἐν τῇ τὸν ἔμφυτον νόμον καὶ λόγον ἐνεργούντων, ἐμφρονέστερα ζῶν καὶ δίκην χρωμένων. ὅτ' οὖν τὸν ἄλυπον, οἰκεῖον τοῦτ' αὐτὸν εἶναι τέλος· (μετέκηλον αὐ τοῦτο καὶ τοῖς παντελῶς ἀναιδεστάτοις·) ἀλλ' ὀδὲ τῶν τὸ σῶμα τρεφόντων ἢ τῶν πόντων ἀπόλαυσις, καὶ πλῆθος ἡδονῶν· (ἢ πρωτεύειν ἀνάγκη τὸν κτηνώδη βίον, ἀτελῆ δὲ εἶναι τὸν κατ' ἀρετήν. κτηνῶν γὰρ οἶμαι καὶ βοσκημάτων οἰκεῖον εἶναι τέλος, ἢ ἀνθρώπων ἀθανάτῳ ψυχῇ καὶ λογικῇ κρίσει χρωμένων.) οὐ μὴν ὀδὲ μακαριότης ψυχῆς κεχωρισμένης σώματος· ὀδὲ γὰρ τῶν θνητῶν τούτων ἐξ ὧν συνέστηκεν ἄνθρωπος ἐστηκότων ζῶν, ἢ τέλος, ἀλλὰ τοῦ συνεστῶτος ἐξ ἀμφοῖν. τοιοῦτος γὰρ πᾶς ὁ τόνδε λαχὼν τὸν βίον ἄνθρωπος, καὶ δεῖ τοῦτο ζῶντα εἶναί τι τέλος οἰκεῖον. εἰδὲ τὸ συναμφοτέρου τὸ τέλος, οὐδὲ ἔτι ζώντων αὐτῶν ἐπὶ τῇ τόνδε τὸν βίον εὐρεθῆναι δυνατόν, ἐξ ἃς πολλάκις ἤδη ἐρρήθη αἰτίας. ὅτε μὴν χωρισμῷ τυγχανούσης τῆς ψυχῆς, ὥστε μηδὲ σωζεσθαι τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, ἐξαλυθέντος ἢ καὶ πάντη σκεδασθέντος τοῦ σώματος, κἂν ἡ ψυχὴ διαμένῃ καθ' ἑαυτήν.

Non enim eum fecimus scopum, ut nihil eorum quæ huc pertinent, omitteremus: sed ut summatim subostenderemus omnibus huc conuenientibns quid de resurrectione sentiendum esset, & ut ui eorum quæ iam in præsentia diximus, emetirentur alias rationum facultates eodem pertinentes. Excussis aliquo modo & examinatis quæ proposita erant, reliquum iam fuerit, rationem finis cõtemplari, iam ex superioribus uerbis perspicuam & euidentem: cuiq; nulla maiore cura opus est quàm ut cæteris apponatur, ne uel per obliuionem uideatur omissa, uel susceptum argumentum & institutam ab initio diuisionem lædere. His de causis alijsq; eodem pertinentibus, pulchrum fuerit, uel catenus tãtùm rem aperire, quòd eorum quæ ex natura aut artificio constant, suos quoq; fines & peculiares habent, ipso modo & communi intellectu id edocente, idemq; rebus illis quæ ante oculos obuersantur, contestantibus. An non uidemus alium finem esse agricolis, alium medicis constitutum: rursumq; alium è terra succrescentibus, alium inde uictitantibus animalibus, ac secundum naturalem seriem successionisq; consequentiam procreatis? Quòd si illud euidens est, & necessum est omnino naturales & artificiales facultates earumq; actus suum pro ipsorum natura finem sequi, necessum est omnino hominum finem, ut peculiaris naturæ, excipi ab aliorum communione. Quandoquidem fas non est eundem finem statuere eorum quæ carent rationali iudicio, & eorum quæ secundum insitam legem & rationem agunt, uitæq; prudentia & iustitia utuntur. Neq; igitur indolentia, propria istorum & peculiaris finis: id enim pariter inuenias in sensu carentibus. Neque rursus eorum quæ corpus uel oblectant uel alunt perfruito, aut copia uoluptatum: alioqui præstare necessum pecuinam uitam, ac uitam uirtutibus præditam, rem imperfectam esse. bestiarum enim & pecorum istiusmodi finis est, non hominum immortali anima & rationali iudicio utentium: Neq; item beatitudo animę à corpore segregatæ. non enim alterutrius partis, ex quibus homo constat, respicimus aut uiam aut finem, sed illius quę ex ambabus plenitudinem & integritatem accipit. Talis enim est qui hanc uitam sortitus est homo, eiúsque uitæ necessum est esse suum proprium finem. Quòd si eius quod utrunq; simul est, nimirum cõpositi ex anima & corpore, finis statuendus est, neq; illum, dum in hac uita agit, reperire queas, ob causas iam sæpius allegatas: neque tum quum anima segregata à corpore est, eo quod nihil tale censeri homo debeat, dissoluto aut penitus dissipato corpore, etiamsi anima per se supersit:

omnino necesse est in alia aliqua utriusq; partis eiusdemq; animalis recompositione & instauratione hominum finem apparere. idq; quum ex necessitate consequatur, omnino necesse est, mortuorum aut penitus dissolutorum corporum resurrectionem fieri: eosdemq; homines rursus constitui. quandoquidem finem non quemuis neq; quoxumuis hominum esse iubet naturæ illa lex, sed illorum ipsorum qui in superiori uita uixerunt. Eosdem autem homines rursus constitui impossibile est, nisi eadem corpora animabus reddantur. ut autem idem corpus eandem animam recipiat, aliter fieri non potest quàm per resurrectionem. Ea enim quum fuerit, etiam naturam hominum congruens finis sequitur: finem uerò uitæ prudentis & rationalis iudicij non errarit si dicat id esse ut perpetuò ijs inhæreamus & perennemus, cum quibus maximè & principaliter naturalis ratio congruit & consentit: idq; respectu & contemplatione eius qui est, eorumq; gratia quæ illi placuit in perpetuum promittere. tametsi uulgus hominum acrius & uehementius rebus quæ istic sunt iam antea affecti, nihilq; curant & respiciunt istiusmodi finem. Nó enim infirmat communem officij designationem multitudo eorum qui à fine ipsis decoro deficiunt & absistunt: quum peculiaris aduersus illud constituta sit examinatio, suppliciáque & præmia destinata sint quæ ad benefactorum uel malefactorum mensuram respondeant.

FINIS.

ἀναγκη πᾶσα κατ' ἄλλω τινὰ τὸ σωμα φοτέρου καὶ τ αὐτοῦ ζῴου σύστασιν τῶν ἀνθρώπων φανῆναι τέλος. τότε δ' δ ἀνάγκης ἐπομένος, δ ἐ πάντως γενέσθ τ νεκροθῴτων ἢ καὶ πάντα διαλυθῴτων σωμάτων ἀνάστασιν, καὶ τ ὀνς αὐτοὺς ἀνθρώπους συσταῖναι πάλιν. ἐπεὶ δὴ γε τὸ μὴ τέλος οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ τῶν ἐπιτυχόντων ἀνθρώπων ὁ τῆς φύσεως τίθεται νόμος· ἀλλ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν κατὰ τὴν προλαβοῦσαν ζωὴν βεβιωκότων. τοὺς δ' αὐτοὺς ἀνθρώπους συσταῖναι πάλιν, ἀμήχανον, μὴ τ αὐτῶν σωμάτων ταῖς ψυχαῖς αὐταῖς ἀποδοθῴτων. τὸ δ' αὐτὸ σῶμα τὴν αὐτὴν ψυχὴν ἀπολαβεῖν, ἄλλως μὴ ἀδυνάτου, κατὰ μόνην δὲ τὴν ἀνάστασιν δυνατόν. ταύτης γὰρ γινομένης, καὶ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων προσφορον ἐπακολουθεῖ τέλος. τέλος δὲ ζωῆς ἔμφρονος καὶ λογικῆς κρίσεως οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰπὼν τὸ τούτοις ἀπολισθάσεως συνδιαιωνίζειν, οἷς μάλιστα καὶ πρώτως ὁ φυσικὸς συνήρμοσται λόγος, τῇ τε θεωρίᾳ τοῦ ὄντος καὶ τῶν ἐκείνῳ δεδογμένων ἀπαύστως ἐπαγάλλεσθαι· λέγω οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐμπαθέστερον καὶ σφοδρότερον τοῖς τῇ δε πεπεισμένοις, ἄσχολοι τούτου διακελεύσιν. οὐ γὰρ ἀκυροῖ τὴν κοινὴν ἀποκλήρωσιν τὸ πλῆθος τῶν ἀποπιπτόντων τοῦ προσήκοντος αὐτοῖς τέλους, ἰδιαζούσης τῆς ἐπὶ τούτοις δεταστάσεως, καὶ τῆς ἑκάστῳ συμμετρουμένης ἐπὶ τῶν δι' ἢ κακῶς βεβιωμένων ἀμοιβῆς ἢ δίκης.

ΤΕΛΟΣ.

CONR. GESNERVS LECTORI.

ETSI propter alias occupationes in translationem Apologiæ Athenagoræ non licuerit mihi ita incumbere ut optabam, & par erat: uolui tamen, quod res ipsa postulare uidebatur, annotationes quoque adijcere, quibus partim obscurius quædam ab authore dicta elucidarem, partim contextum orationis eius Græcæ emendarem, partim & translationis meæ rationem redderem: atque hæc omnia non penitus, nec accuratè, sed quantum præpropera festinatione licuit. Quòd si aliquid desiderent in me oculatiores, non tam ab illis ignosci mihi petam, quàm ut suppleant ipsi & perficiant ea, quæ ego tum ob angustiam temporis, tum inscitiam, præterij. Certè homines moderatos (qui neque ipsi nimium sibi placent, ueque aliena tantùm incessere, ipsi nihil præstare solent) neque omnia, neque nihil in hac utcunque festinata lucubratione uidisse me dicent: nec deerit fortè unus aut alter qui etiam gratias agat. Non patiebantur negotia mea integros authorum locos à me exscribi, quibus, Athenagoræ dictis lux maior afferetur: itaque citare ipsorum libros, & ueluti digito per capita & paginas interdum demonstrare, sat habui. Si tantum mihi otij fuisset, ut Tatianum, Theophilum, Iustinum, Cyrillum, Eusebium, Theodoretum, Clementem, Arnobium, Lactantium, & alios qui idem quod Athenagoras argumentum tractarunt, studiosius euoluere licuisset, nulla fortassis aut minori excusatione mihi opus fuisset, sed hanc lampadem trado alijs. Hæc interim, ceu lucrum quoddam & ἑρμαιον, non quidem theologi & philosophi, sed homines philologi habebunt.

CONR. GESNERI ANNOTATIONES IN ATHENAGORAE APOLOGIAM, SIVE

Legationem pro Christianis: Quibus etiam Hen. Stephani typographi Annotationes, seorsim prius æditæ inseruntur, asterisco * passim notatæ, anà cum literis H. S. Ex numeris, ubi duo sunt, prior paginam, posterior uersum significat. ubi unus, uersus paginæ prius expressæ, indicatur.

H.S. † 4.3 πρεσβεία περὶ Χριστιανῶν] Addat qui uolet ἢ ἀπολογία, ex altero exemplari. Ego certè illam inscriptionem huic præferò, quam suspicor ex margine irrepsisse, in quo adnotata esset Iustini ad eosdem argumenti eiusdem oratio, eo titulo. Quanquam non περὶ sed ὑπὲρ Χριστιανῶν apud illum legitur. uerùm legi utroque modo potest. quia idem Isocrates qui in Busir. Encomio dicit, ὀκ ἀπολογίαν ὑπὲρ Βουσίριδος, in Hel. Encomio ita loquitur, ἀπολογεῖσθαι μὲν γὰρ προσήκει περὶ τῶν ἀδικεῖν αἰτίαν ἐχόντων. Sic harum præpositionum in hac phrasi & quibusdam alijs significationes confunduntur: quæ alioqui distinguntur, ut pulchrè infra, pag. 39. λόγων διήθων, τῶν μὲν, ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, τῶν δὲ, περὶ τῆς ἀληθείας. & alibi.

† H.S. 24. μεγάλοι βασιλέων] Crediderim legendum esse μέγιστοι. ut pag. 17 dicet, μέγιστοι αὐτοκράτορες, dicere poterat μεγάλοι.

27. γλοῖα uidetur referri ad δίκη. ego γλοῖα proparoxytonon legerim, gen. neutro, numero plurali, ut referatur ad τὰ πάτρια: nisi quis malit γλοῖα penanflexum, sicut ueteres Attici protulerunt. Lege Indicem Eustathij in Homerũ, in uocabulis ὁμοῖον & ὁμοῖος.

28. θεὸν Ἑκάβην λέγει. idem dicit infrà pag. 14.

29. Ἑλένης Ἀδράστειαν. Helenæ templum apud Lacedæmonios fuisse Pausanias scribit: & alterum apud Rhodios Helenæ cognomine Dendritidis, cuius ipse causam affert. Adrastiam uerò Helenam hactenus nõ legi.

30. Agamemnonem in Clazomeniorum lauacris coli author est Pausanias. De Phylonoe nihil inuenio. Tyndari uerò filios pro dijs habitos idem Pausanias scribit.

31. Pro ὀδίαν fortè legendum Τενέδιον. Tenem apud Tenedios putant esse sanctissimum deum, ac eorum urbem condidisse. Cicero 3. Act. in Verrem. Eustathius Τένεω scribit ν simplici, alij duplici. Cynici filium hunc fuisse aiunt, arcæ inclusum, & in mare immissum. Vide Pausaniam in Phocicis. Eras. Rot. in prouerbio Tenedia bipennis.

32. Neptuni Erechthei meminit Gyrald. De dijs. Erechthei etiã filias in numero deorum habitas, M. Cicero refert. Agraulos (aliàs Aglauros) & Pandrosos Cecropidis filiæ fuerunt. Aglauro in lapidẽ conuersam canit Ouid. Agraule Minerua legit apud Eusebiũ.

† H.S. 39. ὁ μοῦ] Particula οὖ habet utrũq; exemplar: quæ tamẽ quod ad sensum, superuacanea est: ut & pag. 59 post ὥσπερ. ubi coniunctim ὡσπεροῦ legere malui (ut solet ὡσπερεὶ dici) quàm separatim ὥσπερ οὗ, ut antea legebatur. Sic uocula γὲ sæpe uacare cõperitur.

† H.S. 43. ἡμῖν ἢ (καὶ μὴ πρᾶκρ. &c. Non dubito quin author scripserit, ἡμῶν ἢ ut sit τῷ ὀνόματι ἡμῶν ἀπεχθανέσθαι. parethesim tamẽ audacter notaui, eã esse uidens pneccessariã: at lectionẽ immutare neq; hîc ausus sum, neq; alibi usquã: nisi ubi apertè mẽdosa erat lectio, & huiusmodi quę nullo modo defendi posset: eius autem emendatio certis argumentis testata esse poterat.

49. ἡ σύμπαξα οἰκουμένη ἀπλαύσει, pulchra est locutio, qualis & ab initio libri statim. nam & in οἰκουμένη synecdoche est, & in constructione figura, ut in illo, Turba ruunt.

† H.S. 50. τῇ ὑμετέρᾳ σωτέσῃ καθέας ἐρημίας ἀπλ. Tali utitur insinuatione Tertullius in sua apud Felicem præsidem oratione. Act. cap. 24. eius enim hæc sunt uerba, πολλῆς ἐρημίας τυχανόντες δίκαστε, καὶ κατεδωμάτων γινομένων τῷ ἔθνει τούτῳ διὰ τῆς σῆς προνοίας. Athenagoras statim pòst, ὅπ μὲν προνοήκαστε καὶ ἡμῶν.

56. ἐλαύνειν καὶ φέρειν. Vide prouerbiũ, Agi & ferri: apud Eras. Inferius pag. 26. dicit ἄγειν καὶ φέρειν.

16. Lego ὁ μὲν αὐτοπάθειν.

† H.S. 30. ἡ κοινὴ] Hũc uersum, sicut & præcedentẽ, & aliquã partẽ sequẽtis, inclusi nota parethesis, ut lectori hũc locũ expedirẽ. sed ei aliquid impedimẽti adfert articulus ἡ, nõ quidẽ quod ad sensum, sed quod ad loquendi formã attinet. si. n. huic orationi, quæ planè similis est, ἃ ἢ περὶ ἡμῶν βρυλλῶσι, μῦθοι ἄρα καὶ λῆροι, articulo itidẽ addito, dicã, οἱ μῦθοι ἄρα, an nõ oẽs Græco sermoni assuefactas aures offẽdã? Cęterùm huc ptinet quod gag. 6. dicit, καὶ μὲν τῇ κοινῇ καὶ ἀλόγῳ φύσει συναπεχθέντας. & 13. ἵνα γὰρ μὲν τῇ κοινῇ καὶ ἀλόγῳ συναποφέρεσθε γνώμῃ.

H.S. 32 μετίσων.

*H.S.32. μεγίστων καὶ φιλανθρώπων καὶ φιλομαθεστάτων) Vereor ne putidum sit admonere legendum esse φιλανθρωποτάτων. Cur enim omnium honorificentissimum titulum in eodem gradu quo cęteros non poneret? Sic & pag. precedẽte huius uocabuli uim quasi dilatans, dixit, τὸν πρᾶον, ἥμερον & πρὸς ἅπαν εὐρωπικὸν, & ad extremũ addit, καὶ φιλάνθρωπον. Ac certè, ut aliunde discimus, nullo nomine magis aures regũ & imperatorũ illius seculi permulcebant, quàm hoc. unde etiam extat Themistij oratio περὶ φιλανθρωπίας Θεοδοσίου τοῦ αὐτοκράτορος. At ut nunc sunt mores, si quis ad regem scribens, non serenissimum, sed humanissimum eum appellet, barbarismum propemodum commisisse existimabitur: etiamsi is sit rex cuius non minus quàm illorum testata sit humanitas.

*H.S.34. κοσυμπαθεῖν ταῖς) Vel adde οἰκουμένῃ, uel saltem subaudi, repetitum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ex pagina præcedente. Mihi tam procul uocem hanc non placet arcessere.

*H.S.6.2. σιν, εἰδότες) Omnino cõiunctione aliqua opus habet hęc periodus. Ego copulatiuã καὶ ante εἰδότες addiderim: ut sit, καὶ εἰδότες ὅτι, &c. γὰρ ἔστι τάξις λέχοντος. id est δῆλον ὅτι εἰδῶς.

31. Thyestæ & OEdipi fabulæ satis protritæ sunt. uocant aũt Thyesteas epulas, quib. caro humana deuorat: & OEdipodios coitus, incestos. quæ duo crimina Christianis obiecta, in postrema huius orationis parte refellet. Impio ore garriunt nos humanis uesci carnibus. &c. Theophilus cõtra Gentes lib. 3. pag. 331. uoluminis nostri Locorũ cõmunium Theologicorũ, quod è Gręco transtulimus: & Theopili Tatianiq; aduersus Gentes scripta addidimus: ac idem uolumen Græcè edidimus. Apud nos non inuenitur anthropophagia, &c. Tatianus in eodem uolumine, pag. 358, huius rei meminit.

38. ἐπ' ἀδείας) Licentiosè & libidinis tantùm gratia. Sic infrà pag. 32. εἰ δίφνον τὸν ἐπ' ἀδιαφόρως μίγνυσθαι.

26. Φυσικῷ λόγῳ πρὸς τὴν ἀρετὴν) Eandẽ sententiã repetit inferius pag. 31. paulo post medium.

†H.S. 44. καὶ πολεμοῦντων ἀλλήλοις τῶν ἐναντίων θείῳ νόμῳ) Id est, Et quum diuina lege fiat ut quæ sunt contraria, inter se pugnent. Hæc est horum uerborum sententia: sed ego pro τῶν legẽdo τὸν, aliam inuenio nõ ita frigidam, et quam alius eiusdem scriptoris comprobare uidetur locus: hanc uidelicet, Et quum diuina lege fiat, ut hæc duo sibi inuicem contraria sint & repugnent: nimirum uirtus & uitium: uel potius, cũ Cicerone, uitiositas. Locus quem dico, pag. 31. est hic, ὅπερ ἄνωθεν πως ἔθος καὶ ὀνὲ ἐφ' ἡμῶν μόνον, κατὰ λόγον θεῖον νόμον καὶ λόγον πρὸς ἀλλήλους πρὸς πολεμεῖν τὴν κακίαν τῇ ἀρετῇ: utroq; autem locò ponit τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν, αὐτὶ τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν ἀνθρώπων. Et intelligit, hanc legem statuisse Deum ut perpetuò improbi bonos persequantur, quem admodum uidelicet Athenis Socratem uirum optimum nebulones pessimi oppugnauerunt, atq; adeò expugnauerunt.

45. κελεύοντος μὴ ὁμονοεῖν) Hęc uerba, quòd parum quadrare uiderentur, omisi: mallem ea præcedente uersu legere post θείῳ νόμῳ, sed κελεύοντα pro κελεύοντος.

7.12. De Eleusinijs sacris, quæ uiris occultabantur, unde & mysteria dicebantur, nimirum propter Baubo mulierem, quæ ut Cererem tristantem exhilararet, sua ei pudenda detexerat, &c. lege Eusebium de præparatione Euangelica 25 Horum mentionem facit & Arnobius contra Gentes, lib. 5.

*H.S.20. γεννητὴ] At præcedenti uersu habetur ἀγένητον, duplici ν. quam scripturę uarietatem & in Platonis exemplaribus reperi in eodem uocabulo: ideoq; à meo codice ne in hac quidem scriptura discedere uolui. quam certè qui mendosam esse putauerit, longè falletur. Est enim γίνεσθαι fieri, γεγενῆσθαι factum esse. unde γενόμενον factum, ἀγένητον infectum. ut aput Aristot. 7. Ethnicorum, μόνου γὰρ αὐτοῦ ὁ θεὸς στέρεται ἀγένητα ποιεῖν ὅσα αὐ ἐκ πεπραγμένα, id est, facta, infecta reddere. Est item γίνεσθαι gigni, nasci, γεγενῆσθαι natum esse. unde γενετὸν genitũ, ἀγένητον ingenitum: idem significantia quod γεννητὸν & ἀγέννητον à γεννᾶσθαι. Sic dicitur γέγονεν ὁ κόσμος, καὶ γένεσις τοῦ κόσμου. Et ἀγένητον Cicero uertit aqud Platonem, Quod nunquam oritur, Cuius nulla est origo. ut legere potes in meo Ciceroniano Lexico Gręcolatino. At in Lexicis istis uulgaribus, etiam in nouissimis editionibus, scribitur, Αγένητος, Ingenitus. Item, Non factus, Fallò, ut infinita alia: ex nõ perspecta ea quam modò annotaui deriuatione. Nam γίνεσθαι quod simpliciter significat Fieri, accipitur & pro γεννᾶσθαι, Gigni, Nasci, Oriri. At uerò γεννᾶσθαι non itidem pro γίγνεσθαι. i. Fieri. unde fit ut ἀγένητον ubiq; pro ἀγένητον usurpari possit, at non uicissim ubiq; ἀγένητον pro ἀγένητον. Verbi gratia in eo quem modò citaui Aristot. loco, pro ἀγένητα malè scripseris ἀγένητα duplici ν. quum illi oppositum sit nõ γεννητὰ, sed πεπραγμένα. Et hanc differentiam quiddam Græci theologi in Christi persona diligenter obseruarunt: qui fuit ἀγένητος.

ut & Pater: at non ἀγένητος. ut contrà in omni animantium genere, quę prima extiterũt, fuerunt ἀγένητα, at nõ ἀγένητα. siquidẽ γεγόνασιν, i. ἐκτίσθησαν, condita fuerunt à Deo cõditore omnium & creatore: nõ aũt ἐγεννήθησαν ἐξ ὁμοίων, id est, non generata fuerunt ex eiusdem generis animantibus. Repugnantia enim loqueretur qui diceret prima esse quædam, & γεννηθῆναι ἐκ τῶν ὁμοίων. Quinetiam hîc si dicas, Prima animantia ἐγεννήθησαν, unicav, id uerum comperietur: si ἐγεννήθησαν duplici, falsum. Magna igitur attentione & cautione in huiusmodi locis opus est. At in hoc Athenagoræ nostri loco ubi habetur γένητον, deinde γενητῶν: quemadmodum γεννητὴ scribi possit, ut sit ab eodem uerbo à quo ἀγένητον: ita uicissim nõ malè scribat ἀγένητον simplici vut ab eodem sit à quo γεννητῶν. Cur uerò (dicet aliquis) non utrobique duplici v ἀγένητον & γεννητὴ, uel utrobiq; simplici ἀγένητον & γενητὴ scribitur? Atqui non uideo cur hoc magis mirari quis debeat quàm τέλειον & τέλεον in eadem periodo in exemplarib. interdum reperiri, sicut οὗ & ὅπου & alias uarias διαγραφίας. Eius uerò quæ est in isto Athenagoræ loco, mentionem facere dignatus non fuissem, nisi passim in hoc libello eam offendissem.

29. ὅπερ ὄν ἀεὶ γίνεται, ἀλλὰ τὸ μὴ ὄν. Vide Aristot. lib. 1. physicæ auscultationis.

39. & 40. Hos uersus sic lego, Ὀρθῶς δ' εἴπερ ἐσί τοι γὰρ οὐρανῷ Ζεύς, μὴ τὸν ἐσθλὸν δυσυχῆ καθῆσθαί. Alios etiam Euripidis uersus, quibus dubitat Deus an fortuna res humanas regat, eodem argumẽto, quoniam boni ferè infortunati, mali uerò fortunati sint, Athenagoras affert infra pag. 26. Eusebius quoq; de præp. Euang, lib. 14. cap. 6, in Trapexuntij translatione, Euripidis, Diagoræ & aliorum, qui Deo hæc inferiora curæ non esse putauerunt, sententias explicat. item Plutarchus de placitis philosophorum lib. 1. cap. 7.

41. ὡς ἐκεῖνον] Vide an melius legatur ὅπου θεός.

† H.S. 43. ὁρᾷς] Hos uersus ita uertit Cicero lib. 2. De nat. deorum,

Vides sublimè fusum immoderatũ æthera,
Qui terram tenero circumiectu amplectitur? (hibeto Iouem.
Hunc summum habeto diuũm, hunc per-

8. 1. Lego, ἐκ ἀδήλων νοῶν (uel τῶν) φαινομένων.

7. πῶς τὴν τοῦ θεοῦ φύσιν] Constructio uerborum hoc in loco non bene quadrat. Quid si sic? τὴν τοῦ θεοῦ φύσιν ἀπὸ τῶν κάλλους τῶν ἐκείνου (τοῦ οὐρανοῦ) ἀνθρώπων ἐπάτρον, &c. nam ex pulchritudine mundi homines primùm commotos, de Deo cogitare cœpisse, Plutarchus De placitis philosophorum docet.

12. λύσις δὲ καὶ ὄψει) Vox ὄψει corrupta est. debebat enim esse nomen philosophi alicuius.

14. πρὸς τὸν ἐγγυτάτων) Lego πρὸς τὸν ἐγγυτάτω. ut mox etiam sequitur, scilicet ἀριθμόν.

19. pro ἐλάχισον, malim ἀριθμόν.

30. τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα) Timæi apud Platonem uerba sunt. Eandem sententiam plurib̃us & grauissimè quidem Mercurius Trismeg. ad Tat. exposuit, quam recitat Stobæus in sermone de dijs.

35. Iouis uerba ex Timæo sic leges, θεοὶ θεῶν ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων· ἃ δ' ἐμοῦ γενόμενα, ἄλυτα ἐμοῦ γε θέλοντος. τὸ μὲν οὖν δὴ δεθῆναι πᾶν, λυτόν. τόγε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον δὴ, λύειν ἐθέλειν. κακοῦ. &c. Locus in Basiliensi editione, pag. 481, paulò infra medium. Nos in translatione pluscula addidimus quàm Athenagoras citarit.

† H.S. 36. De hac lectione ἐμοῦ μὴ θέλοντος, an melior sit uulgata, ἐμοῦ γε θέλοντος, satis longa est in meis in Ciceronem castigationibus disquisitio. Illam certè non hanc sequutum ipsum fatebitur, quicunq; Me inuito, non autem Nutu meo, in eius interpretatione legerit.

42. Aristotelis de Deo sententiam Plutarchus De placitis philosoph. lib. 1, cap. 7 (ex quo etiam Eusebius lib. 1. cap. 6. De præp. Euangelica repetijt) aliter quàm hîc Athenagoras, & melius exponit.

9. 10. τῶν τεχνίτης) Plutarchus & Eusebius, locis proximè citatis, hanc quoq; Stoicorum definitionem afferunt, & pro τεχνίτης habent τεχνίτη, & pro ἐμπεδοειληφὸς, ἐμπεδοφληφὸς. Apparet autem eos Deum uocasse ignem artificiosum, ut à naturali distinguerent: & artificiosi uocabulum actiuè usurpare, quòd arte, id est ratione, mensura, pondere & numero, certis omnibus omnia faciat, ut Plato alicubi scribit. Cic. 2. de Nat. Zeno igitur naturam ita definit, ut eam dicat esse ignem artificiosum ad gignendum progrediẽtem uia. Cẽset enim artis maximè proprium esse creare & gignere, &c. Et paulo pòst, Ipsius enim mundi qui omnia complexu suo coercet & continet, natura, non artificiosa solùm, sed planè artifex à Zenone dicitur. Porrò Deum esse unum, pro diuersitate autem materię & operum eius, nomina uaria sortiri, multis & eleganter Aristot. quoq; disserit circa finem lib. De mundo, quem Alexandro dicauit. Spiritus (inquit Tatianus) inest stellis, Angelis, stir-

lis, stirpibus, aquis, hominibus, animalibus: & quanuis unus acidem sit, differentias tamen in se habet.

†H.S.20. ζῶα] Post hæc uerba in exempl. legitur, δοκιμάζουσιν. ἐπεὶ δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ὠνηλούντων ἡμῖν, & cetera uerba, quę habes infrà pag. 13. & 14, nimirum omnia quæ sunt à 30. uersu pag. 13, usq; ad 14 uersum 6, inclusiuè. si quidem ibi has uoces ἐπ' ἀδείας δέξαιναι proximè præcedunt illæ poeticæ λοιβῇ τεκνίοις τε πᾶσι τοῖς ὁρῶσιν. Vnde autem acciderit ut bis posita sint in exempl. eadem uerba, sed illic suo loco, at hîc omnino alieno: ne suspicari quidem adhuc potui. Memini certè, dum pater meus excuderet Dionysij Halicarnassei historiarum uolumen, usos nos exemplariis in quo idem acciderat. nisi quòd non bis eadem uerba diuersis in locis posita erant, ut hîc: sed eo in loco erant unde prorsus abesse debebant, utpote non solùm orationis contextum, sed ipsam etiam historiæ seriem perturbantia in suo uerò loco, qui erat aliquot quaternionibus pòst, desiderabantur. Qua de re ego alios admoneo, ut eos cautiores in uersandis ueteribus libris reddam.

25. Pro ὡς, malim οἷ & mox post ἐχασκῶς distinxerim, non post ἐπέβαλον.

26. συμπάθειαν hîc φέρειαν uel σωέργειαν interpretor.

29. Lego ὅσον δὲ ὅσον μὴ διωκθῶτον πόθεινοῦσα. Dictio quidem ὅσον sæpe uel abūdat, uel potius auget: ut, ἀμήχανον, ὅσον θαυμαστὸν ὅσον, ὀλίγοι ὅσοι. Verbum νόησαι simpliciter aliarum rerum cogitationi, πόθεινοῦσαι uerò contemplationi de Deo conuenit. est enim ὁ πόθος τῆς καὶ διαφορόν τι νοῆσαι.

30. Pro ὄν, lego ὡς uel οἷ.

46. ὀλὴ εἰ θεοί] Legendum fortè, εἰ γὰρ ἦ θεοί.

10.13. Lego, καὶ τὸν κόσμον.

23. Lego, φέρω ἢ πόθι ἔτρον.

26. καὶ ἐκ ἔσιν] καὶ hîc est particula illatiua, ut etiam aliquando Latinis in hypothetico sermone.

29. ἀλλ' ἔστι τί ἔτρον] ἀλλὰ hîc interrogat, & est interrogatio negationis loco. Ibidem pro ἢ lego μετά.

30. τὰ τοῦ θεοῦ] Intelligo bonitatem, sapientiam & potentiam Dei, quæ infrà ἀθανασμβεβῆκότα Dei nominat, gag. 24, circa medium.

32. Legerim, καὶ μὴν ὁ δὲ πθνοῖ, εἰ μὴ πεποίηκε.

38. Lego, νομίζω δὲ κὴ ὑμᾶς.

11.20. Pro γὰρ, malim δέ.

25. Lego, φύσει μὲν ὄντος.

34. Materiam omnem dicit esse subiectã Verbo opifici, ὀχέας instar. quod uocabulum quomodo uel commodè uel honestè satis hoc loco exprimam, uix inuenio. neq; enim etiam ijsdem uocabulis, hoc est rem eãdem significantibus, in diuersis linguis honestas eadem est. ita q; sententiam potius quàm uocabulum (cuius similem apud alios authores usum non memini legisse) respexi, quum uerti, materiam rationem habere subiecti quod se formandum præbeat. ὀχεῖται γὰρ πως ἡ ὕλη, κὴ ἐποχεῖται αὐτῇ ὁ δημιουργός, ὁ ὥσπερ βυκὸς τῇ σφαίρᾳ τοῦ παντός. ut materia uehiculi instar sit, super quo opifex inuehitur ipse immobilis: (quod si uerum esset, per accidens moueretur, quod falsum est. neq; enim per se neq; per accidens, qui undiquaq; immutabilis est, moueri potest.) sed ὀχεῖον Græcis uehiculum est ὀχέα non item. An quòniam Deus pater est omnium, materia, uelut mater, quæ in suo ueluti utero concipit omnia, & formas recipit omnes, ὀχέα idcirco dicenda est? Timęus de Deo, συνήσας ὁ πᾶν, δεῖλε ψυχὰς ἰσοπαλεῖθμους τοῖς ἄστροις, φύσμι θ' ἑκάστῳ πρὸς ἕκαστον, καὶ ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα, τὸν τοῦ παντὸς φύσιν ἐδείξε.

36. An filius idea dicetur, ut in patre ab æterno fuit: φέργα uerò, quòd ab eo ueluti exierit, & in cõdito mundo se manifestarit?

37. κύριος ἔκτισέ με) Epiphanius in Panarijs contra Ariomanitas hęreticos agēs, Hebraica lingua, inquit, non sic habet. Vndē & Aquila dicit, Dominus possedit me. Semper autem ij qui liberos generant, dicunt, Possedi uel adeptus sum filium. Hebraica ueritas dicit קנה quod dici potest, tum, exclusit me, tũ, possedit me, &c. Athenagoras simpliciter uulgata translatione usus est, non oportunam nactus erat subtiliorem huius loci explicationem.

38. ὁ φέρουσῶν φῶς ἐκφωνοῦσι. De filio & patre plura leges inferius p. 17, quæ melius ad hunc locum quadrassent.

12.24. Post κατηγορούμενον, addo διδασκόντων.

†H.S. 25. Lege ἐπιχυνόμενοι. aut adde οἷ ante

†H.S.33. Pro κακὸν γράψαι σκιάν. (δυδαίμονας.

13.7. φαγόμεν καὶ πίωμεν. αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν) Apud locupletes AEgyptiprum (inquit Herodotus lib. 2.) quum multi conuenerunt, & à cœna discessum est, circumfert aliquis in loculo mortuum è ligno factum, sed pictura & opere uerum maximè imitantẽ, longitudine cubitali omnino, aut bicubitali: ostendens q; singulis conuiuarũ ait. In hunc intuens, pota & oblectare, talis post mortem futurus. Idem scribit Plutarch. in lib. de Iside & Osiride, τὸ δεικνύμενον αὐτοῖς

εἴδωλον κὐθρώπος γενομένος ὡς κιβωτίῳ παρεφερόμεθα, ὃν κεῖται τὰ μνήματα τῶν περὶ Ὀσίριδος πάθους, ἃ ἔνιοι ἀπολαμβάνουσιν. ἀλλ' οἰομένους [fortè ἀλλ' οἰομένῳ, uel ἀλλὰ μόνον εἰς τὸ] πᾶν καταλαῖν, αὐτὸς μὲν δὴ τοῖς πᾶσι τὸν ἀπολαύειν, ὡς πάντας αὐτίκα μάλα θνητοὺς ἐσομένους· ὁ χάριν ὑπὲρ κόσμου ἐπιδείκνυσιν. Nó igit ad moderationem aliquam aut tristem de morte cogitationem, sed ad hilaritatem & lætitiã conuiuij promouendam, ut ederent ac biberent omnes, hoc est hilaritati & lasciuiæ indulgerent, tanquam citò morituri, nec ulla amplius fruituri uoluptate, mortis hoc simulacrum in conuiuijs ostentabant illi. Talis Sardanapali uita fuit, & dignum tali uita epitaphium, quod incidi iussit in busto, ut refert Cicero lib. 5. Tuscul.

Hęc habeo quæ edi, quęq; exaturata libido
Hausit: at illa iacẽt multa & pręclara relicta.

Eadem pluribus Græcè recitat Scholiastes in Auibus Aristophanis. Plura leges in Onomastico nostro, in Sardanapalo.

9. ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάοσι] Casus sunt tres dualis numeri, nescio quàm rectè, neq; cuius authoris. malim ego datiuos, ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάοσι. Tum consanguineus leti sopor, Virgilius. Et alibi, Dulcis & alta quies, placidæq; simillima morti. Hesiodus quoq; in Theogonia, Somnum & Mortem fratres, & Noctis filios, facit.

12. ὅμ ἴσως θεόν] pro ἴσως lego ἐπιθυμοῦσι uel ἔτυχον ἄν, uel tale quid. Prolixa est hæc periodus: sed alibi apud hunc scriptorem etiam prolixiores inuenias, & hyperbata quoq;. nos utrunq; in translatione nostra plerunq; cauimus.

15. τοσοῦτον] Bene quidem est: sed etiam τόσον uel ἢ τριῶν legi poterat.

27. ὄμ ὀρόν] Fortè οἶνον, uel μύρον, uel ὄπον legendum. dicitur autem ὀπὸς per excellentiam de lasere seu liquore Cyrenaico.

14. 10. Lego, ὃ ἢ περὶ τῶν πεποιήκαι, scilicet τοῖς εἰδώλοις. nam & paulo pòst aliquoties expressè coniungit.

19. Lego Αἰσαῖον. Vide Gyraldum De dijs Syntagmate primo, ubi de Aristæo scribit: & rursus secundo, ubi de Ioue Aristæo.

20. De Theagene scribit Pausanias in Eliacis, cùm alia, tum quod eius statua ęrea collapsa quendam oppresserit.

22. Lego, Ἀλκμαὶ καὶ Ἡσίοδος Μήδειαν, Νιόβην Κίλικος. Nam Hesiodus in Theogonia circa finem Medeæ tantùm meminit, non etiam Niobes. Bonam deam siue Gynæceam aliqui Medeam putauere, quòd in eius æde omne genus herbarum esset, &c. Gyraldus.

Osiris quidem ab aliquibus traditur Iouis filius ex Niobe Phoronei filia.

29. τὸ πόντος γὰρ ἐν τοῖς ἱεροῖς λεγόμενος] ut pluribus scribunt Herodotus lib. 2. & Plutarch. in libro de Iside. sicut & de cultu & sepulturis ferarum in AEypto Herodot.

45. ὕλαν, id est materiã, passim Athenagoras uocat omne corpus, siue simplex, id est elmẽtũ: siue ex elemẽtis cõpositum. mox uerò in hac pag. ἡ πανδεχὴς ὕλη ab eo dicitur, materia prima tãtùm, omniũ. s. formarũ capax, chaos poetarũ, terra inanis & informis, in sacris (literis.

15. 3. pro ἀλλὰ lego καὶ.

13. pro ὡς legendum puto ὥστε.

16. τῇ δεξιᾷ τοῦ] Scilicet ἀστέρων. Et proximè antè, καὶ τῷ μεγέθει περιέχων. Paraphrasin huius loci de pulchritudine mũdi ratione figurę, coloris, & magnitudinis, Plutarc. dabit lib. 1. de placitis philosophorũ, cap. 6. ubi inter cætera de magnitudine sic scribit, καὶ ἐκ τοῦ μεγέθους καλός. πάντων γὰρ τὰ ὁμογενῶν τὸ περιέχον καλόν. hoc est, Magnitudinis etiam ratione pulcher est mundus. quod enim omnia suæ naturæ eognata in se contineat, pulchrum est, uel potius, quod enim omnibus suæ naturæ cognatis excellat, pulchrum est. nam περιέχειν uerbum aliquando excellere significat.

28. πάντα] melius ἅπερ πάντα.

† H.S. 39. ὑπὲρ τὰ πόρρω καὶ ἀδύνατα στοιχεῖα καταπεπόμεθα) Hìc non ad Pauli locum allusit duntaxat, ut alibi: sed eius uerba accepit, ex epistolæ ad Gal. cap. 4.

15. Cælum & mundum pro eodem corpore cælesti usurpant philosophi, ὁ δὲ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο ὅ, τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μᾶλλον· εἰ δὲ λέγοιτο, τοῦτ' ἐμοὶ ἀνομάσθω, Plato in Tim.

15. χθὲς καὶ πρώην) Vide prouerbium apud Erasmum, Heri & nudiustertius. qui & hoc citat absq; authore, ὁ χθὲς καὶ πρώην ἑαυτῷ σήσας θεὸς, simile ijs quæ hìc ab Athenagora dicuntur.

* H.S. 15. ὅπερ χθὲς καὶ πρώην γεγόνασιν, ὡς λόγος, εἰπεῖν. At pag. 30. οἱ, ὡς εἰπεῖν λόγῳ, χθὲς καὶ πρώην ἄνθρωποι &c. quo modo quin & hìc legi debeat non dubito.

20. Post Ἡσίοδον addiderim ἰσοχρόνους uel ὁμήλικας.

22. τὰς καὶ γένη καὶ ὀνόματα δόντας) Hæc uerba non sunt in Græco codice Herodoti nostro.

27. νομίζοντο) Malim ὠνομάζοντο.

Plastices fuit fingere ex argilla similitudines, è gypso reddere hominũ imaginem, rubrica item & creta, ut ex cap. 12. lib. 35. Plinij didicimus. Nostræ ætatis artifices (inquit Guilielmus

Guilielmus Philander) quod huiusmodi in antiquorum ruinis reperiuntur, Stucchum appellat. illosq; imitati, marmoreas nonnulli assulas pilis ferreis contusas cribris excernunt, subtilissimaq; scobe, admista purissima calce, in lacu macerata utuntur, effinguntq; quodlibet. Longè politius fuerit, illustriusq;, si pro marmore, silice fluuiatili candido & pellucido, ut una pars ad duas calcis respondeat, utaris. &c.

Coroplastes sigilla fingit ex argilla: ceroplastes è cera. κηροπλαστῶν Diodorus de apibus fauificantibus dixit. sed κηροχοϊκὴ nuper inuenta (ut rei nouæ nomen ponamus nouum) elegantiora magisq; ad uiuum quàm ceroplastice opera facit. ut ex argẽto etiam non pridem apud Germanos excogitata argyrochoice. Aleuroplastas dixerim qui farina triticea cum melle subacta placentas formis ligneis imprimendas, uel imagines uarias conficiunt.

30. ἡ σκιαγραφίας μὲν εὗρεθ.) Picturam (inquit Plin. lib. 35. cap. 3.) Græci alij Sicyone, alij apud Corinthios repertam affirmant, omnes umbra hominis lineis circumducta, (sciagraphiam hanc uocat Athenagoras) itaq; talem primam fuisse: secundam singulis coloribus, & monochromaton dictã, postquam operosior inuenta erat: duratq; talis etiam nunc, Inuentam linearem dicunt à Philocle AEgyptio, uel Cleãthe Corinthio. Primi exercuere Ardices Corinthius & Telephanes Sicyonius, sine ullo etiamnum colore, iam tamen spargẽtes lineas intus: (quasi sciagraphia tãtùm foris circumscripserit) ideo & quos pingerent ascribere institutũ.

32. φ' πίνακι λελευκωμένῳ) Picturam hanc ex Plinio monochromaton dixeris.

43. χρόνῳ ὀλίγῳ ὅσῳτῳ) Tempus adeò breue, eleganter dictum.

46. ὡς οἱ μυσικώτεροι) Scilicet ὀνομάζουσιν: uel potius οἱ μυσικώτεροι, scilicet ὀνομάζουσι. sed hic Ἀθλωῶν & Ἀθηλῶν pro eadem ea accipit: in frà uerò pag. 19. diuersas facit. Fust. in Illiad. α, Ἀθλωῶν dictam ait quasi ἀθήλω quòd è capite Iouis sine matre nata, neq; lactata sit. Statua quidem eius oleagina facta non temere uidetur. nam & oleum ei sacrum est: & oleam ipsam reperit: & galea eius oleagina corona tegebatur.

47. καθημένῳ) Legimus Mineruam sæpius stantem (inquit Gyraldus,) sed & sedentem, cuius & Eustathius meminit. Perinam enim scribit, mulierem quandam AEgypti, ipsam sedentem contexuisse: unde ait, Mineruæ sedentis statua fieri cœpta est.

17. 5. Pro ἑταῖρα lege ἑταίρα, quod est meretrix. Hetæræ autem Veneris Athenis & in Samo cultæ Gyraldus meminit.

8. εἰ δίνων θεοὶ οὐκ ἦσαν ἐξ ἀρχῆς) Vir quidam eruditus negationem hîc expungendam putabat: sed inferius etiam in hac pagina sic legitur, οὐκ ἐξ ἀρχῆς ὡς φασὶν ἦσαν οἱ θεοί.

† H. S. Ibidem. εἰ δίνων θεοὶ οὐκ ἦσαν ἐξ ἀρχῆς) Existimau expungendam particulam οὐκ tanquam suppositiam: ut argumentaretur ab absurdo, Si igitur dij erant à principio, ut uulgus hominum credit: quomodo ætate posteriores sunt ijs qui ipsos fecerunt? At qui dicit, Si igitur dij non erant ab initio, quî posteriores sint, &c. nihil dicit. consentaneum est enim ut qui illud fatetur, etiam hoc fateatur. Nunc uerò existimo relinqui posse hanc particulam, modò ei præfigatur τί: ita legendo, εἰ δίνων θεοὶ, τί οὐκ ἦσαν ἐξ ἀρχῆς; Id est, Atqui si dij, quî fit ut ab initio non fuerint? Nam ab initio eos nõ fuisse iam euicit Athenagoras, quũ eorũ opifices ꝓtulit.

† H. S. 13. ἡ γὰς πεοσόδους ἂς τοῖς πεοσίασι) πεοσόδους ꝓ supplicationib. accipio: ut coniunxerit Athenagoras hęc duo uocabula πεοσόδους & θυσίας, ut à Demost. cõiũgi uidem⁹, dicẽte, τῷ θυσίας ὅσις θεοῖς & πεοσόδους ὡς ἀγαθῶν ἕστων ὄν γων ἡμᾶς πεποιῆσθ. (ναι θεοῖς γὰ πεοσόδια.

14. πεοσίασι) Apud Aristoph. etiã legit πεοσιέ

24. Fortè ἔχεῖε uel ἔχοῖεαν.

25. εἰλιφόσι] si inducatur, sensus erit clarior: & erroris occasio uidetur, ꝓ in altero mox uersu εἰλιφόσι similiter post βασιλέαν legatur.

35. Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν) Illiados ξ, ubi & uersus ille, quem Athenagoras Orpheo (à quo fortè mutuatus est Homerus) in fine huius paginæ tribuit, sic legitur, Ὠκεανὸς, ὅς πεῦ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.

† H. S. 38. πεπίσευται πεῦ' αὐτοῖς] In exempl. post uerbum πεπίσευται habentur hæc uerba, βασιλέαν ἐξετάζειν. ὡς γὰρ ὑμῖν πατρὶ καὶ ἑῷ πάντα κεχάρωται αὐτῶν. deinde πεῦ' αὐτοῖς, &c. quæ uerba perperam esse interiecta, & malè hoc loco repetita ex uersu 25 & 26 huius paginę, quis nõ uidet? Sed animaduertendũ legi in hac repetitione βασιλέαν ἐξετάζειν, rectius quàm illic βασιλέαν εἰλιφόσιν ἐξετάζειν. ideoq; dũ excuderẽ librũ, parũ abfuit quin tollerem hoc participium: & certè in eo retinẽdo nimiũ religiosus fuisse mihi uideor.

43. ἀπὸ τῆς ὕλατος ἐλυγματέσθ] Similia quædam in sua theologia circa limum & ouum Phœnices apud Eusebiũ de prępara. Euãg. 46. αὐτῶν) malim αὐτ. (fabulant.

† H. S. 50.

† H.S.50. ἐρεαὶ δ' ἐπιλέδη] Accipio ἐπιλέδη pro ἐπὶ πλετὶ ἐπιδόδη, quod Latina uoce una exprimi non potest.

18.3. Hesiod. in Theogonia κόπον, γύνιω, ἠδ' βεα ἄρειων ἑκατόγχειρας Cęli terręq; filios nominat.

† H.S.10. οὕνεκα ἱσάδδω μ' γαν] In exẽpl. legitur, οὕνεκα ἡμωρήσωσιν, ἢ ἡμήσωσιν σάδδω μέγαν, &c. Ego ex tribus uerbis id quod uersui accommodatum erat delegi, præfixa ei quæ deerat particula ἡ fasiens ἡσάδδω: nec dubitans quin illa duo uerba ἡμωρήσωσιν & ἡμησάδδω pro scholio adscripta margini, in contextum ab imperito librario translata essent. Sic apud Diogenem Laertium in Empedoclis uersu (quem cum alijs citat in eius uita, pag. 432. Germ.) in eadem uoce est error, & qui ex eodem fonte manauit. Legitur enim illic πωλοῦμαι μετὰ πᾶσι πεπιμμένος, ὥς πόρ ἔοικα. quum legi debere πεπιμμένος satis ostendat metri ratio. Sed nimirum πεπιμμένος erat explicatio τ πεπιμμένος (siquidem πίειν hîc est ἡμᾶν) quæ in locum eius uocabuli quod exponebat, irrepsit. At in uersu isto quem citat Athenagoras, πίειν significat ἡμωρεῖν, nõ ἡμᾶν. adeò ut ex duabus illis explicationib. quas dixi, uera sit una, falsa altera.

12. ἐκεῖνο τοίνυν. ἕκαστον γὰρ τῶν τεθεολογημένων ὡς τὴν ἀρχὴν ὄν εἶν. Locum hunc corruptum, ex coniectura sic restituo, ἕκαστον δὲ τῶν γεγενημένων, ὡς τὴν ἀρχὴν ὄν, φαμέν. ἐκεῖνο τοίνυν σκεπτέον. εἰ γὰρ γεγόνασιν, &c.

17. Τί τὸ ὄν ἀεὶ] Locus est in Timęo Platonis, ubi sic legit, πρῶτον διαιρετέον τάδε· τί τὸ ὄν μὴ ἀεὶ, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον· καὶ τί τὸ γιγνόμενον μὲν, ὄν δὲ οὐδέποτε.

30. ἀλλ' οὐ κατ' αὐτὸς] Lego τό γε γ' κατ' αὐτὸς, & post ἄρχὴ punctum nõto.

36. ἃ μὴ σοῦ μέχρι τ φῆσαι] Prolixissima hæc periodus, membra magna & parentheses duas magnas continet: priorem de formis seu figuris deorum absurdis, alteram de facinoribus eorum. extenditur autem usque ad hæc uerba decimi octaui uersus paginæ sequentis, τί τὸ σεμνὸν, &c.

43. Ρέας καὶ Δήμητρος] Pro καὶ lego ἢ. Rheam quidem & Cererem, eandem esse deam nũ quis tradiderit, ignoro. Hesiodus omnino discernit, Rheam è Saturno Cererem peperisse canens.

† H.S. Ibidem. ἢ ἐκ τῆς μητρὸς Ρέας καὶ Δήμητρος ἢ Δημήτορος τὸν αὐτῆς ἐπαιδοποιήσαν. Corrupus locus, qui ex his pag. 32. uerbis restitui posse mihi uidetur, ἐκ μητρὸς μὲν Ρέας, θυγατρὸς δὲ Κόρης πεπαιδοποιημένον. Sed & in sequenti 18. pag. uers. 2, habemus τῇ Αθήνᾳ τῇ ἀπὸ τ Κόρης.

44. τὸν αὐτῆ] Lego τῆς αὐτῆς, sine commate præcedente.

† H.S.19.44. ἄγριος ἀέρει] Apud Homerum legitur ἤρει, & legi debet illic, habita ratione præcedentium & sequentium. solent tamen nonnunquam authores in citandis uersibus, magis sui sermonis ἀκολουθίαν quàm præcedentia & sequentia poetæ uerba spectare (quod & in Maximo Tyrio nuper, dũ eum Græcè excuderem, deprehendi) eoq; uerborum tempora præsertim immutare. Fortasse igitur Athenagoras, ut dixerat, ἵνα μὴ βλέπωσι σκυζομένη, ita etiam subiunxerat ἀέρῃ. quod in ἀέρει perperam uersum postea fuerit. nam ἵνα μὴ ἤρει dicere non poterat. Quanquam ne id affirmare ausim obstat proximè sequens uersus, Ηρη δ' οὐκ ἔχαδε, &c. Nisi quis respondeat, saluo metro, tempus itidem hîc non potuisse mutari. Sunt autem ex ιλ.θ. hi uersus,

19.13. De Herculeo nodo lege Erasmum in Prouerbijs.

21. ἄνδρωπος διακριμένος) Id est homo alicuius iudicij, prudens. participium passiuum, nominis significatione actiua, ὁ κρίνων δυνάμενος. Valla etiam Latinè discretum uocat uirum qui personarum qualitates ac rerum momenta discernit: sed authoris, qui ita fit usus, testimonium nullius affert.

22. Talem seu deam seu nympham semiserpentem, ex Phorcyne & Ceto prognatam Hesiod. in Theog. describit.

31. ἢ δαίσας πεθλῶσι ἐνὸ τ Διὸς) Addo τ Μῆτιν. non enim Phanetem à Ioue deuoratum legimus, sed Μῆτιν (apud Hesiodum, Clementem, Epiphanium, Theophilum Antiochensem episcopum) qua deuorata mox Mineruam conceperit. Vide Gyraldũ De dijs Syntagmate 11, in Mineruæ historia. Iupiter (inqt Hesiodus) quum deberet parere Mineruam, Mêtin uxorem suam, deorum atque hominum sapientissimam deuorauit, Cœli Terræq; consilio ne quis alius deorum imperium ei præripere posset, &c. Si cui uacat, Græcorum etiam (Procli & Moscopuli) hunc in locum annotata adeat. Ibidem pro ἀχώρητος equidem malim ἀνώρυτος, quod est insatiabilis, idem quod ἀνώρυς.

34. τῶν ἀπὸ τ ὕλης ἀπεκρινομένων] eorum quæ à materia separantur, hoc est, ex materia gignuntur: tanquam materia una quadam & communi ceu massa existente, cuius ueluti segmenta quædam sunt res singulæ quæ generantur, & per generationem ab ea separan-

ea separantur, superueniente forma: ut fœtus iam formatus & perfectus ab utero matris separatur. Sic infrà in fine paginæ 21, ἀφ' ἧς ἡ ὕλης διακριθείσης ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἡ τούτων σύστασίς τε καὶ γένεσις.

20.6. Versus In hac pagina primus apud Homerum Iliad. ω, sic habet, Ω μοι ἐγὼν ὅτι μοι ζαρπηδόνα, &c. ἐγὼν facilè in λέγων mutatum est.

* H. S. ibidem. Αἴ αἴ (λέγων) ὅτι μοι] Aut pro ἐγὼν perperam positũ fuit participium hoc λέγων: aut quum scripsisset author, Αἴ αἴ ἐγὼν (λέγων) harum uocum affinitas cur altera omitteretur in causa fuit.

*H.S.9. ἀδωματῆ] Legendum est ἀδωματῖ, ut in ultimo pag. præcedentis uersu habetur ὀδύρηται. debet enim & illud ad ὅταν referri. nam omissis ijs qui per parenthesin interijciuntur uersibus, talis remanebit oratio, ὅταν δὲ ὁ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε ὀδύρηται μὲν ὀμόν, ἀδωματῖ δὲ ὀδυρόμενος τῷ κινδυνώτ δέχαρ πάσαι, τίς ἐκ αὐτὸς &c.

Post uersum decimum nonum huius paginæ, nempe post hæc uerba, ἀίδηλον Αρηα, addiderim, μηδὲ Αρης ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ.

*H.S.26. καὶ τὴν μοιχείαν] Ξενοφάνης, inquit Sextus philosophus, διελέγχων τὸς πόδι Ομηρον καὶ Ησίοδον, φησὶ,

Πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ομηρός θ' Ησίοδός τε,
Οσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστὶ,
Κλέπτειν, μοιχεύειν τε, καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

Idem alio loco, Ομηρος δὲ καὶ Ησίοδος, κατὰ τὴν πολυφώνιον Ξενοφάνη, οἱ πλεῖς' ἐφθέγξαντο θεῶν ἀθεμίστια ἔργα, Κλέπτειν μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν. Κρόνος μὲν γὰρ ἐφ' ὃ &c. Totum enim locum citarem qui cum hoc Athenagoræ facit, nisi authorem ipsum à me editum iri sperarem.

38. Lego, εἰ γὰρ θεοὶ, οὐχ ἅψεται αὐτῶν τῶν θυμία.

39. κἄν πάρεκα θεός;] Interrogatio est loco negationis.

* H.S.21.11. Ω δώματ'] Hic uersus & proximè sequens sunt primi tragœdiæ Euripidis quæ inscribitur Alcestis.

* H.S.14. Ελθὼν δ' ὃν ἄιαν] Ibidem habentur hi, sed intersectis inter illos & hos, quinque alijs. Rectius autem hîc legitur δ' ὃν αἴαν quàm in uulgatis editionibus δὲ γαῖαν.

18. Hyacinthꝰ Amyclę filius ab Apolline discoludẽte interfectus est: Vide Onomasti-
20. pro malim ὁ. (con nostrum.

29. Αἰδωνεὺς, id est Pluto, creditꝰ est esse aer, & ἀΐδης quasi ἀΐδης dicit, id est obscurus & inuisibilis, (& ἀΐδος κυνῆ, Orci galea, inuisibiles reddere putabatur,) quòd aer omnis suapte natura opacus & caliginosus sit, nisi extrinsecus illustrẽt, luno uerò, terrã: unde & φερέσβιος epitheton ei attribuitur. ut terra ab Homero ζείδωρος cognominat, quòd fruges & alia omnia ad uitã cictumq; necessaria producat Stoicis tamen ἄερα aerẽ significat. Cæterùm νῆσις Empedocli aqua est, fortè à uerbo νάω, quod est Fluo: unde & Naides dictæ sunt, & νῆσος, insula. In uersib. Empedoclis, quos lib. primo de anima Aristot. citat, Philoponus νήσιδα αὔγλω (liquidum uel humidum splendorem) aquam & aerem interpretatur: quòd utraq; hæc elementa & humida & splendida seu pellucida sint. Eustathius in Iliad. ζ, Νῆσις, inquit, perhibetur etiam dea quædam esse in Sicilia, Σικελική τις θεός.

Quod autem κρόνωμα βρότειον in his uersib. legimus, hinc forsan est, quòd de humani corporis constitutione ex elementis Empedocles in eis uerba faciat. βρότειον enim humanum est. Per κρόνωμα intelligo κενὸς, uenas & meatus qui humorem continent.

† H.S.30. Γίγνε κρόνωμα βρότειον] In exempl. legitur, δακρύοις τ' ὑδικόρτε νωμᾶ βρότειον. Quam adeò corruptam scripturam dum cernerem, & eundem uersum apud Plutarchum, & Sextum philosophum ac Diogenem Laertiũ, legere me meminissem, eos adij. Apud hunc igitur inueni hanc lectionem, δακρύοις ἐκπικροῖ ὄμμα βρότειον, non solùm in editione uulgata, sed etiam in ueteri codice Veneto, alioqui satis fideliter descripto, ut ex collatione totius operis deprehẽdi: in eo tantùm à uulgata editione dissentiebat quòd pro ἐκπικροῖ haberet ὠπικροῖ. At uerò apud illos duos eam lectionem reperi quam hîc posui. Huic autem uersui Ζεὺς ἀρχὴς &c. præponunt istum, Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε. Vocat autem (inquit Plutarchus) νῆσιν καὶ κρόνωμα βρότειον, οἱονεὶ τὸ πνεῦμα καὶ ὕδωρ.

29. ὁ ἀὴρ] addo ἡ γῆ.

*H.S.36. Πῦρ, καὶ ὕδωρ] Sextus philosophus paulo pòst quàm citauit illos uersus quos modò protuli, interiecta duntaxat Ocelli sententia (nam apud illum mendosè, ni fallor, legitur ὁ ἤκελος, pro ὠκελλὸς) adiungit, ἐκ τῶν δὴ τῶν πάντων ὑποτέθεικε γένεσιν οἱ περὶ τὸν Εμπεδοκλέα. φησὶ γὰρ λέγει τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα, ἐκ τεσσάρων ποιεῖ τὴν γένεσιν· ὅταν δὲ προσθῇ, Νεῖκός τ' ὀυλόμενον δίχα τῶν ἀτάλαντον ἁπάντων, Καὶ Φιλίη μετὰ τοῖσιν, ἴσον μῆκός τε πλάτος τε δὴ πρασλίδωσι τὰς τῶν ὄντων ἀρχὰς, τέσσαρας μὴ τὰς ὑλικὰς, γῆν, ὕδωρ, ἀέρα, πῦρ· δύο δὲ τὰς δραστηρίους. Φιλίαν καὶ νεῖκος. Vnde apparet omissum esse uersum unũ apud nostrũ Athenagorã.

Acne quis

Ac ne quis existimet hunc uersum νεῖκος &c. apud Sextum esse pro illo πῦρ καὶ &c. positum: audiat quid idem Sextus alibi dicat, δόξαι δ' ἄν, ὡς πθεῖπον, καὶ ὁ Εμπεδοκλῆς πιστὸς εἶν. σὺν γὰρ τῇς τέσσαρσι σοιχείοις τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν καταειδμεῖται· τὴν μὲν φιλίαν ὡς συναγωγὸν αἰτίαν, τὸ δὲ νεῖκος ὡς διαλυτικήν. deinde ipsos uersus adscribit,

πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα καὶ ἠέρος ἄπιδος ὕψος,
Νεῖκός τ' ὀλόμενον δίχα τῶν ἀτάλαντον ἁπάντῃ,
καὶ φιλότης μετὰ τῇσιν, ἴσον μῆκός τε πλάτος τε.

Obserua autem hîc esse φιλότης pro φιλίᾳ ut apud Athenagoram, & in altero eiusdem Sextiloco. quod tamen uocabulum idem sonat. Alibi etiam στοργὴ pro eodem dicit idem Empedocles, ut in hoc uersu, Στοργὴ τοῦ στοργῆ, νεῖκος δὲ τε νείκεϊ λυγρῷ. Vide infrà pag. 25.

40. De Empedoclis opinione, quatuor elementa cum amicitia & lite, unientibus & dissipantibus illa, mutationum omnium causam facientis, Aristoteles etiam scribit lib. i. de anima. Athenagoras quidem uidetur amicitiæ nomine Deum accipere: uel potius, tanquam Empedocles ita acciperit, uæ orationis argumentum ducere.

41. Lego, ὥστε ἐὰν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τοῦ τε ἀρχομένου.

22.4. συνεκφωνεμένου] Fortè σύμφωνεμένου.

5. διφυῆ] duplicis uel utriusque sexus, uti ipse per epexegesin interpretat, ἀρσενόθηλυν, quod in homine ἀνδρόγυνον & ἑρμαφρόδιτον dicimus. Cecrops Athenis olim διφυὴς dictus est, ut Eusebius scribit, hoc est duplicis naturæ: siue ob longitudinem corporis: siue idcirco quòd quum esset AEgyptius, utranque linguam calebat, Græcam & AEgyptiacam: uel quòd primus utrunq; sexum instituto matrimonio copularit. uel quòd superior in eo pars, uirilis, inferior, muliebris aut ferina fuerit. &c. Vide Suidam. Hac ultima ratione & πᾶνα διφυῆ Plato uocat in Cratylo.

10. ἴσα] Lego ὅσα.

13. τὰ εἴδη τῆς ὕλης] Mundi partes, cælum & elementa.

22. ἀναγκαῖα uocat pudenda. quam significationem Camerarius etiam obseruauit, de partibus humani corporis scribens.

25. Venerem, exectis Cæli uirilibus in mare proiectis, è spuma esse natam fabulantur. unde & ἀφροδίτη & ἀφρογένεια dicitur à spuma: & à coleis φιλομμήδεια. Η δὲ φιλομμήδεια, ὅ τε μηδέων θηφαάνθη, Hesiodus in Theogonia.

31. πάγος, id est summa frigiditas, quæ gelu & glaciem parit, quam similiter πάγον & κρύσταλλον uocant. Αἱ φλοῦς μὴ τὸ παγετῶδες παίνοσιν, (fortè χλιαίνοσιν,) οἱ πάγοι δὲ τὰς φλόγας ἀνιᾶσιν. Aristot. de mundo.

38. φοχλεῖν] addo ὑμῖν.

42. Pro πάντου bis lego πάντα. Simpliciter omnia ab Iside esse facta testis esse potest Plutarchus in libro de Iside, Τὸ δ' ὑπὸ Σάτιδος γεγονῶς, ὃν Ισιν νομίζοσιν, ἐστὶ τὴν γραφὴν ἔχε τοιαύτην. Εγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς, καὶ ὄν, καὶ ἐσόμενον, καὶ τὸν ἐμὸν πέπλον οὐδεὶς πω θνητὸς ἀπεκάλυψε. Et rursus, Η γὰρ Ισις δὴ τὴν τῆς φύσεως ὅλην καὶ διεκεκριμένον ἀπάσης γενέσεως· καθὸ λιθίνη καὶ πανδεχὴς ὑπὸ τῆς κάτωνος, ὑπὸ τῆς πολλῶν μυριάνυμος κεκλῆσθαι πάλαι πάλαι ὑπὸ τῆς λόγου τρεπομένη μορφὰς διέχειν καὶ ἰδέας. Et rursus, Σπολαὶ δὲ αἱ μὴ Ισιδος, ποικίλαι ταῖς βαφαῖς. πολὺ γὰρ ὕλιν ἡ δύναμις αὐτῆς, πάντα γινομένη καὶ δεχομένη. Verùm de Iside, Osiride & Typhone innumera eodem libro scribit Plutarchus.

23.2. περὶ Πελώρου] fortè πρὸς (uel potius μετὰ) Ωρου. Pelorum enim Isidis filium nusquam legi. In Onomastico autem nostro, non allegato authore, sic legitur, Horus Isidis filius, quem quum Isis amisisset, uerita ne obueniret quod Osiri patri acciderat, multum fleuit: sed eo inuento mœrorem in lætitiam conuertit. Plutarchus in libro de Iside. Horum seniorem fratrem Isidis facit, qui aliâs Apollo & Arueris dicatur: item fratres alios Typhonem & Osirim: Nephthen sororem: parentes Saturnũ & Rheam. Idem non ex filio suo, sed ex Anubide Nephthes sororis filio, ubinam Osiridis cadauer esset, cognouisse scribit. Et filium quoq; eius Horum nominat, pag. 334, in Basiliensi editione Frobeniana, τὸν δὲ Ισιδος πρὸς τὸν υἱὸν Ωρον τὸν βότρυν τρεφόμενον τοῦ δυθείσης, &c. Et pag. 335, circa finem, Aegyptios ait deorum quorundam genitorum & corruptibilium sepulchra habere, quorum animæ in cælo, mutatis nominibus, splendeant: interq; cæteras Horum esse, qui Orion dicatur. Herodotus Horum Osiridis filium, quem Græci Apollinem nuncupent, nominat. Et fortè aliqui Horum Isidis fratrem cum filio eiusdem nominis confundunt,

4. De Osiridis sepultura quoq; à quo Taphosiris urbs nominata, Plutarch. leges pa. 335, mox Infra medium.

Ibidem. Ανω κάτω] Vide in Chiliadibus Erasmi, Sursum, deorsum.

6. τῷ λόγῳ [Lego τὸ λόγῳ.

13. καὶ τὶ γὰρ] Lego, καί τι γε.

15. λόγος,

15. λόγους) id est fabulas.
17. πῶς ταῦτα) Fortè τούτους.
18. Post ἀέρος, signum interrogationis noto: & ἀναπίπτοντος, lego in recto plurali.
19. Lego ὑπορρύψαι, ut inferius pag. 26. circa medium rectè habetur.
41. δεῖται καμεῖν.) Defendi potest, sed malim δεῖται σωμεῖν.
44. διαῤῥεῖ) Addi potest τὸ θεῖον. Ibidem διαῤῥοῦτον abundare uidetur.
24.6. τὸν οὐρανὸν) Malim τοῦ οὐρανοῦ, ad ornatum cæli.
16. φασκόντων) Codex Platonis noster habet φάσκοσι.
18. πρὸς αὐτῶν) Lego, καὶ πρὸς τούτων τῶν θεῶν.
20. φόρκος) Aliâs Φόρκυς.
25. De accidentibus Dei, uide annotata in sequentis paginæ uersum 25.
26. Lego δεσπόν.
28. πρὸς τὸν πάντων βασιλέα πάντα ἐστί) partim necessariò: (quid enim ab eo separatum duraret?) partim ministerij causa.
30. δεύτερον δὲ πρὸς τὰ δεύτερα.) Locus est apud Platonem in epistola secunda ad Dionysium, ubi Græcè sic legitur: περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστὶ, καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν. δεύτερον δὲ, περὶ τὰ δεύτερα· καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα. Hoc est, ut Marsilius Ficinus uertit: Circa omnium regem cuncta sunt: ipsius gratia omnia: ipse pulchrorum omnium causa: circa secundum, secunda: tertia, circa tertium. Nos fortè dilucidiùs, nisi quòd καλῶν exemplaris uitio omiseramus. Videtur autem Deus aut natura Dei primùm esse & cõsiderari circa substantias immortales, Angelos & corpora cœlestia, ut Platoni uidetur: deinde ex immortali natura mistas, ut homines animo immortales, corpore mortales: tertiò circa reliqua quæ undiquaque mortalia sunt. Vel, circa essentias & formas materiæ expertes primùm, deinde circa formas à materia inseparabiles, tertiò circa ipsam materiam. Plato in Timæo de Deo mundi conditore sic scribit, Καὶ πολλῷ μᾶλλον τὸν πρώτον κρατῆρα, ἐν ᾧ τῷ τοῦ παντὸς ψυχῷ κεραννὺς ἐμίσγετο τὰ τῶν πρόσθεν ἀπολοιπὰ κατεχεῖτο μίσγων, τρόπον μέν τινα τὸν αὐτὸν, ἀκήρατα δ' ὀπίσω τοῦ ταυτὰ ὡσαύτως, ἀλλὰ δεύτερα καὶ τρίτα. Ergo Deus, qui & ingenitus & incorruptibilis est, unus & ipsa unitas fuerit: deinde genita quidem, sed incorruptibilia τὰ δύο dixerim: tertiò genita simul & corruptibilia, τὰ τρία. Possem & ex Pythagoræ philosophia aliquid de his numeris depromere, sed properandum est. Hoc tantùm addam, Deum etiã alio modo primum esse in seipso, τὸν ὑπερφυῆ, τὸ ὑπερούσιον, τὸ νοῦ τε καὶ νοητὸν παντὸς ὑπέρτερον καὶ κρείττω, τὸν καὶ πάντα ἀῤῥήτον καὶ ἄπειρον: secundò ὑπὸ νοῦν τοῖς αἰδίοις: tertiò ὑπὸ τοῖς αἰδίοις. Immensa hæc contemplatio est, neq; humanę opis: sed, quæ ad tertium usq; cœlum rapiatur, mentis.
36. ἐπὶ) Malim ἐπί.
41. δυναμένος) Lego δυναμένου.
42. ὁ δὲ μέγας ἡγεμὼν) Vndenam quæso didicit retulitq; Plato (inquit Iustinus in Parænetico) alato curru Iouem per cœlum duci, quàm à Prophetarum historijs? quibus nouit de Chrerubinis ita memoriæ mandatum: Et à domo egressa est gloria Domini, & ascendit super Cherubin: & susceperunt Cherubin alas suas, in quibus erant rotæ.
48. ἐτόρευε) adde γὰρ.
25.2. ἢ δύναμιν) Videntur hæc abundare nisi addas ἀνθρωπίνην. Locus est ex Timæo. Vide suprà .
7. πάντα λόγον κεκινηκότας) Loquutio est affinis prouerbio, Omnem lapidem mouere.
9. εἰ καὶ μὴ) Lego, εἰ μὴ καί.
10. περὶ δὲ φύσεων) Clarius legeretur, περὶ δὲ τῶν ἄλλων.
* H.S. 12 ἡμεῖς τε αὖ εἰκότως ἐγκελατόμεθα] Vbi pro τε repositum fuerit γε (quod mendũ frequentissimum est) nondum emendatum locum habuerimus. nam ut hæc uerba significent, Meritò non reijceremur, ex præsenti ἐγκελατόμεθα, faciendum fuerit præteritum imperfectum ἐγκελατόμεθα, quod iungatur cum αὖ. neq; enim ita loquetur quisquam Græci sermonis peritus, ἐγὼ αὖ εἰκότως ἐγκελατόμαι, dicere uolens, Ego meritò reijcerer. Verùm hoc modo, ἐγὼ αὖ εἰκότως ἐγκελατόμην, uel ἐγκελαβίμην. Sequendo igitur illam interpretationem, legendum fuerit, ἐγκελατόμεθα uel ἐγκελατοίμεθα. Sed mihi magis placet, tempus præsens retinendo, αὖ cum εἰκότως iungere, ut fit αὐεικότως. legendo etiam in principio huius periodi, εἰ καὶ οἱ ποιηταί. Sequendo enim illam priorem sententiam, uidetur pendere quodammodo oratio.

Ibidem. Lego ἡμεῖς γε αὖ. nisi malis ἡμεῖς γε αὐεικότως. & ab initio huius periodi, εἰ καὶ οἱ ποιηταί. sed sensus eodem recidit.
16. γένοιντο μὲν ἢ δύναμιν) Quid si sic? τρία μὲν ἢ δύναμιν, γένοιντο δὲ κατ' οὐσίαν, τὸν πατέρα, &c.
17. Post πατέρος punctum geminum signo. Ibidem sensus & constructio uidentur requirere ut ad ἀπόῤῥοιαν subaudiamus τὸ πα-

πρὸς, uel πρὸ αὐτοῦ: quare uertimus, & (ab eodem) Spiritus, &c. quod moneo, ne quis me cum Græcis illis sentire putet, qui Spiritum à solo Patre procedere asserunt.

25. ὅ ἐστι συμβεβηκὸς circa medium etiam præcedentis paginæ, τὸ ἀγαθὸν, τὸ ὄντως ὄν, &c. ἐπισυμβεβηκότα τοῦ θεοῦ, hoc est accidentia uel adiuncta Dei, appellauit. hic autem docet accidentia hæc huiusmodi esse ut perpetua & inseparabilia sint. In Deum quidem, qui simplicissima purissimaq; & totus undiquaque essentia est (quamobrem & uerè ens, & ens entium appellatur, & in sacris literis, Ego sum qui sum) accidentia non cadunt: sed ueluti accidentia quædam ei attribuit contemplatio nostra, quæ absq; phantasia in hoc ergastulo nihil cogitat, ὥστε καὶ τὰ ἀμερῆ μερισῶς νοεῖ.

26. Color est accidens corporis necessariò. sine corpore enim aut superficie eius, nec esse nec definiri potest. Separabile tamen accidens dicitur, non quòd ipsum sine corpore esse queat: sed contrà corpus sine ipso: siue re ipsa: (corpora enim quædam colorem nullum habent, ut aer, aqua) siue cogitatione & definitione. nihil enim ad corporis essentiam facit. Sic bonitas, sapientia, &c. & primò & necessario in Deo insunt, sed tanquam ideæ & essentiæ quædam potius, id est formæ essentiales, ut Platoni uidetur, quàm accidentia. itaq; sine ijs Deus esse non potest, ne sine seipso sit. ipse enim ipsissima bonitas est. Sic fons sine aqua esse non potest: ratione tamen ab ea distinguitur, quòd aquæ principium sit, non simpliciter aqua: & quòd aqua in eo purissima: & quòd perennet. nec exhauriri possit, ut aliæ in lacunis aquæ: & quòd corpore aut loco minimus, potentia maximus sit. Verùm hæc omnia magis ut intelligentiæ nostræ accommodantur, quàm ut re uera sunt, de Deo dicuntur aut dici possunt. Et pulchrè Timæus apud Socratem, Εὰν ἄρα μυθολογῶν ἥπερ λόγους παρεχόμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρὴ, μεμνημένον ὡς ὁ λόγων ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν· ὥστε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχόμενοι πρέπει μηδὲν ἐπιπέρα ζητεῖν.

29. συγκεχρωσμένα] Pulchrum hoc uerbum est, tum raritate (non memini enim apud alios legisse) tum significatione. uidetur autem idem significare quod συσσωματοῦσθαι, ut ita dicam, hoc est concorporari, in unam & eandem corporis essentiam redigi (nam χρὼς χρωτὸς corpus est) ut aqua & farina subigendo in unam massam uniuntur. Præsens huius participij uidetur συγχρόω, inusitatum.

33. πεδυσάμενον] Passiuè accipitur: quod rarum est in aoristis medijs. Ibidem pro ὥσπερ γὰρ, lego καὶ γὰρ, uel ἀλλ' ὥσπερ γάρ.

37. Post πρόνοιαν deest uerbum quod accusatiuum illum regat, ἐπέχῃ, uel ὠφελήσει, uel διοικῇ, uel aliud simile.

Ibidem post τῶν δὲ, adde τῶν.

39. αὐθαίρετον καὶ τῶν ἀρετῶν] Plerique ueterum Græcorum nimium uidentur tribuere libertati arbitrij: nimirum quòd ex philosophia eam opinionem sibi retinuissent. Augustinus, utpote exercitatus à Pelagianis, multò circumspectius de eo disseruit. Dominus in Euangelio dixit, Sine me nihil potestis facere. Et Paulus, Non sumus idonei ex nobis ipsis cogitare bonum, &c.

26.3. Quæ de angelis uirginum amatoribus dicit, cautè legenda sunt. Nam quæ Moses de filijs Dei, id est religiosis hominibus, aut saltem prognatis ex pijs, qui se matrimonio iunxerant cum puellis impijs (unde נפילים gigantes, prognati sunt) scribit Gen. 6, ipse ad Angelos transfert, qui alicubi in Scripturis filij Dei nuncupantur.

11. ἀλλαπάσσων] Clarius dixisset ἀλλαπάσσων τὴν θείας uel πεφυκυῖας.

12. τὸν ἄρχοντα τῆς ὕλης] Sic & Christus principem huius mundi uocat.

19. οἱ δαίμονες] Lego οἱ γίγαντες.

25. ἀπ' οἴκων δ' ἀπαπίπτοντας] Lego ἀπ' οἴκων καταπίπτοντας (uel ἀκροπίπτοντας) ἀτὴ θεῶν τοὺς δ' δυτυχοῦντας ἄγει τὸν (τὸν uidetur abundare) πρὸς ἐλπίδα καὶ δίκαν. ut hactenus sint uerba Euripidis, deinde author subijciat, δυπρωτεῖν ἢ κακῶς.

35. Lego, φύσιν πόιον.

38. λόγῳ.

46. ἄγεσθαι καὶ φέρεσθαι] Vide prouerbium, Agi & ferri, apud Erasmum.

27.22. ἐγκόπτουσιν) Huc pertinet quod de Nemorensi uel Aricina Diana scribit Gyraldus, cuius sacerdos rex dicebatur. serui de honore decertabant, fugitiuus qui uictimam prior mactasset, alteri quem gladio uicisset, succedebat, &c. Meminit idem Tauricæ Dianæ cui hospites mactabantur: & uirgines etiam Dianæ aliquando mactatas refert. Herodotus libro 2, Gladijs (inquit) frontes concidunt Cares in AEgypto, in festo Isidis: & in alijs quibusdam sacris, fustibus se inuicem cædunt.

24. τοῖς ἀστραγάλοις) ἀστραγαλωταὶ μάστιγες ab Eustathio nominantur Iliad. ξ & ψ. καπ-

κροτοῦν

κροφῶν δὲ (φησὶν) ἢ ἀστραγάλων ἢ χριστῶν πνῶν γνιερομένων.

30. ἐφ' ἑτέρων] Fortè ἐφ' ἑτέροις. sic enim aliquoties hanc præpositionem cum datiuo construit Athenagoras, hoc sensu, in alicuius honorem.

32. De Neryllino an alius quisquam meminerit nescio.

43. Δύσπαρι] Versus est Homeri: unde Parianos Alexandrum Priami filium, qui alio nomine Paris dicebatur, coluisse suspicor. Est autem Parium ciuitas Asiæ in regione Mysiæ.

28.3. Peluis aureæ Amasidis AEgypti regis historiam prosequitur Herodotus libro secundo.

27. ὠμβατεύοντες αὐτῶν τοῖς νόμασιν) Lego τοῖς ὀνόμασιν: hoc est, eorum nomina inuadentes, uel subeuntes, nomina aliena sibi usurpantes. nam & suprà pagina 27, similiter hac loquutione utitur author, & similiter de idolis loquens, quorum nomina sibi dæmones usurpant.

36. μέμφι) Datiuis huiusmodi ἴσι, βουσίρι, μέμφι, Herodotus uti solet.

43. ὕστερον) ὕστατον scribo, ex Herodoti codice.

47. οἵτε οὖν ἄλλοι) Videtur uerbum aliquod deesse, ut sensus sit, Ergo & alij quos pro dijs Aegyptij colunt, homines fuerunt, uel potius, reges AEgypti, & postremus eorum Horus.

29.8. ἄρσενας) Lego ἔρσενας Ionica dialecto, qua usus est Herodotus. cuius & hæc sunt, θηλέας pro θηλέας, κατάπερ pro καθάπερ: & ἰοῦν pro ἰὼν in accusatiuo, eiusdem, ni fallor.

14. Post ἀπαλλαχόμενοι interrogatio signanda est.

15. ἱακόρους hîc uocat ipsos sacerdotes. Annotarunt quidam ἱάκορον honestiore loco habitum quàm νεωκόρον.

19. Lege ἀνωγημάτων, Ionicè.

20. Sic lege, οὐκ εἰμὶ πρόθυμος ἐξηγεῖσθαι, ἔξω ἢ τὰ ὀνόματα αὐτέων μοῦνον, νομίζων τοὺς αὐθρώπους ἴσα περὶ αὐτέων ἐπίστασθαι: & ita subiunge, μὴ πτσθύειν ὡς μυθ. &c.

23. σιωάπων) Ex coniectura sic lego, συμφωνοῦσι μὴ εἶν ἀίδιον αὐτοῖς χρόνον.

25. Negationem μὴ ante βασιλῆς reposuerim, perspicuitatis causa.

26. καὶ ὅσι μὴ ἄνθρωποι) Pro μὴ lego ἦσαν: quod & sententiæ conuenit, & constructioni. alioqui enim ad μὴ nihil redditur.

31. Apollodori bibliothecam siue de dijs librum Romæ nuper euulgatum esse audio. Pro μαθήματα lego παθήματα: quod ex sequentibus tribus aut pluribus locis approbari potest, & res ipsa loquitur.

35. τὴν τυφῶνος βόρον) Herodoti codex noster habet, ὃς δὲ τυφῶνα τοῦ μὴ ὅσιον ὄντι λέγειν. Suspicetur autem aliquis rem turpem & obscœnam, quam aures honestæ uix etiam in profanis rebus nominandam audire sustineãt. Quum Typhon inuentum Osiridis cadauer (ut refert Plutarchus) in partes xiiii. diuisum disiecisset: Isis perquirendo singulas reperit, præter pudendam: quæ in fluuium proiecta mox à phagro & oxiryncho piscibus deuorata fuerat. illius igitur loco ad eius similitudinem factum φαλλὸν consecrauit. cui etiam nunc diem festum AEgyptij celebrant. Hæc ille. hoc autem phalo (aut potius phallo) percuti solitos in sacris illis execrandis AEgyptios probabile est.

38. εἰσὶ δὲ καὶ αὐτάφαι] De Osiridis sepultura eum sentire conijcio.

40. Et deinceps sic lege ex codice Herodoti, ἐν ὃς ἱρῷ τῇ Ἀθηναίης, ὅπισθε τοῦ νηοῦ πανταχῇ ἐχόμενοι τοίχου, καὶ ἐν ὃς τεμένεϊ ὀβελοὶ ἑστᾶσι μεγάλοι, λίθινοι· λίμνη τε ἔστι ἐχομένη, λιθίνη κρηπῖδι κεκοσμημένη, καὶ ἐργασμένη εὖ κύκλῳ, μεγαθεῖ, ὡς ἐμοὶ ἐδόκεε ὅσον περ ἐν ἐν Δήλῳ, ἡ τροχοειδὴς καλεομένη. ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ τὰ δεικηλα, &c. quanquam etiam δείκηλον per ε in medio scribi potest.

30.1. καὶ οὐ μόνον ὁ τάφος τοῦ Ὀσιριδος) His uerbis Athenagoras ipse insinuat Herodotum de Osiridis sepulchro sensisse. Memorantur & aliorum deorum sepulchra passim ab Arnobio & alijs. Sepulchrum Olympij Iouis apud uos ostenditur, Tatianus contra Gentes: apud quem & Dionysium in Omphalo sepultum legimus. De diuersis quidem Osiridis sepulchris non pauca tradit Plutarchus in libro de Iside, &c.

3. πεδαλείγματα τῶν νεκρῶν ξυλινα) Vide quæ ex Plutarcho scripsi, suprà ad paginam 13.7.

5. τὸ οὖν ὅσιον ποιοῦμαι, ὄνομα) Iterum de Osiride eum sentire dixerim: cuius & phallum & sepulturam suprà nominare noluit. Vide annotata superius ad pag. 13.7.

9. Lege τῶν δηοῖ.

*H. S. 10. καὶ αὐτὸν ἱερόν.) Non est apud Homerum hic accusatiuus ἱερόν. nec dubito quin superscriptum ab aliquo fuerit tanquam declaratio pronominis αὐτόν.

13. Lego αὐδῶν τε) χώρατ' &c. Hos uer-

sus Hesiodi in ipsus poematis non reperio.

17. Post φὶ χρόνι φανεὶς, sic lego ex codice Pindari, Ἀνδρ' ἐκ θανάτου νομίσαι. Ἡδὺ ἐαλωκότα. χερσὶ δ' ἄρα κρονίωρ ῥίψας, &c. Locus est in Pythijs, Carmine 3, in quem scholia Græca leget cui uacabit.

21. Malim Ω χρυσὲ δεξίωμα, ut alij legunt, locum hunc citantes.

*H.S.22. Ως ὅτε] Particula ὡς in exempl. non est. eam, quòd necessaria esset, addidi ex alijs authoribus qui eosdem citant uersus. apud quos etiam δεξίωμα legitur, non ἀξίωμα. quod tamen retinui, non quin illam lectionem hac meliorem iudicarem: sed quòd hæc non penitus displiceret.

23. οὐ παῖδ' ὀν ἀνθρώποισιν, ὁ φίλτ' πατήρ. Versus sunt Euripidis, quos & Stobæus recitat in Laude diuitiarum, cum alijs pluribus.

26. τί με] Lego τὶ δεῖ, uel τί με δεῖ.

30. De Ino uel Inone, & Melicerte seu Palæmone lege Onomasticon nostrum, & Eustathium in Odysseę.

34. ὡς, lego οἱ.

35. De Derceto uel Decertone est quod legas in Onomastico nostro. De Syria dea Luciani libellus extat.

31.1. Lege δεκάτη γρ ἐν, ut sint duo nomina tiui.

Verubus 5.6.7. Γαίης τέκνα φέριστα καὶ ὀρανῶ ἀγκάλεσαν Ἀνθρωποι, Γαίης τε καὶ Οὐρανῶ ὄνομαθόντες, οὕνεκα οἱ πτοφέεσσι ἔσαν μερόπων ἀνθρώπων.

12. De Antinoi cultu apud Romanos, & sacratis ei lucis, Theophilus etiam & Tatianus mentionem faciunt: & nos in annotationibus in Tatianum multa diximus, pag. 371. editionis apud nos excusæ.

15. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι) Versus sunt Callimachi in hymno Iouis, qui hodiecq; extat. secundus integer erit si addas, ἐσσὶ γὰρ αἰεί. Adi scholiasten Callimachi super his uersibus: & prouerbium in Chiliadibus Erasmi, Cretiza cum Cretensi. Epimenidis uersiculum diuus Paulus citat, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Sic & Hesiodus in Theogonia, Ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον, Musis sic alloquentibus pastores.

22. ὁ γηγενὴς) Lege, ὁ ἀγήνωρ, uel ὁ μὴ γηγενής.

26. Lege οἱ ἔρωτες.

29. ὧν τὸ σεμνότερον πρὸς αὐτῶν) Simili argumento usus est superius à sacerdotibus AEgypti, qui & ipsi deos mortales faciunt.

38. νομίζοιεν) Melius νομίζοιντο.

†H.S.32.9. ὑμᾶς μὲν οὖν) Puto legendum ὑμῖν, ut sit οὐ οἶδα ἀπελογῆσθαι ἐμαυτῷ ὑμῖν. id est πρὸς ὑμᾶς. nam si post ἐμαυτῷ, futurum νομίσετε aut aliquod huiusmodi ponamus, palàm pronomine composito pro simplici abutemur, dicitur enim οὐ οἶδα ἀπελογῆσθαι ἐμαυτῷ, at οὐ οἴδατε ἀπελογῆσθαι ἐμέ. Quanquam miror cur non potius dixerit Athenagoras, οὐ οἶδα ἀπελογημένος, quàm οὐ οἶδα ἀπελογῆσθαι ἐμαυτῷ. est enim illud genus loquendi elegantius quàm hoc.

10. Post ἐμαυτῷ uidetur deesse uerbum νομίσετε, aut simile, sequente commate, & mox legendum, σωίσεσθε πάντας ὑπερφρονοῦντες. εἷς γὰρ ὁ βίος. &c.

13. Lego ἑκάστος.

22. Lego, καὶ τὸ φυτεῦσθαι.

25. μετὰ θεοῦ καὶ σὺν θεῷ) An pleonasmus hîc est, an μετὰ θεοῦ simpliciter apud Deum significat? σὺν θεῷ uerò, Deo adiuuante? an σὺν præpositio maiorem coniunctionem & ueluti unionem quàm μετὰ insinuat?

27. Pro ἢ lego ἐ.

41. καὶ γὰρ τὸν τῇ θυγατρὶ) Alij non cum filia Thyesten, sed cum fratris uxore concubuisse dicunt. Vide Onomasticon nostrum. Quæ ibidem sequuntur, βασιλεῦς ἐθέλων καὶ Θυέστης ἐκδικηθῆναι, nescio quomodo commodè reddam.

46. Pro τὸ lego ζ.

33.5. δεσπότα.

7. αὐτοὺς καὶ τοὺς πέλας) Pro καὶ lego πρός.

14. ἡμῖν λέγοντος τοῦ λόγου) Hæc citatio uidetur tantum sacræ scripturæ aut ipsius Filij Dei uerbis conuenire: quis autem horum uerborum sit author, iam non inuenio.

24. Αμητος proparoxyt. messem interpretantur, hoc est ipsas fruges: oxytonum uerò tempus messis.

33. Lege, ὁ γὰρ φ' μελέτη.

35. ὁ γὰρ δὲ σύζυγος) Atqui coniugium institutum est, teste Paulo, non modo ad procreandos liberos, sed etiam ad uitandam scortationem. Idem satius esse docet matrimonium contrahere quàm uri. Et uetustas concubitum cum uxore legitima (siue secunda siue tertia) castistatem appellauit. Fieri potest ut ab Encratitis uel Tatiano, qui & ipse doctrinam suam sub Antonino philosopho sparsit, hæc inserta sint.

*H.S.30. πρακτικαλυμμένως malim aduerbialiter. ut dicitur ἀπρακτικαλύπτως, pro Palam, Manifestè.

40. τῶν χεῖρα τοῦ θεοῦ) Hoc est τῶν πλάσιν ἢ κτίσιν

ἄκτίσιν θεῦ. sequente pagina, χεῖρα καὶ γνώμλν θεῦ nominat.

42.1. Pro τ fortè legendum καὶ. Rara quidem est hæc loquutio, λύειν τὶ πρός τι, pro ἀπό τινος.

45. ἡ πτέρνη τῶν σώφρονα] Subaudi, monet uel arguit. Speciem habet prouerbij quale est Sus Mineruam. Vsus eius esse poterit, ubicunq; improbi homines bonos ex suo animo suisque moribus metiuntur, aut immerentes uituperant. Erasmus in suis Chiliadibus non obseruauit.

*H. S. 34.3. ἀρσενες γὰρ ἄρσεσι) Alludit ad D. Pauli locum.

5. ἀπμοῶτον) Ab ἀπμόω, sed receptius est ἀπμαίω.

7. ὄρνιθ) Lego ὄρνιγα.

11. οἱ δίκλω ἰχθυων ζῶντον) Alludit ad uersus Hesiodi lib. 1. Operum, ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεινοῖς. Ἔδειν ἄλλήλους (νόμον γὰρ ἔσιν) ἐπεὶ οὐ δίκη ἔσιν ἐν ἀνθρῶποις.

17. Pro αὐτοὺς fortè ἄλλους reponendum.

25. ὁ δόλτρον) Addo φόνον.

33. Malim, τίς ὀχ ὑμῶν πόδι ἀπουδάσεις τὰς δ' ὅπλων, &c.

†H. S. Ibidem. τίς ὀχὶ τῶν πόδι ἀπουδῆς) Idem ualet τῶν πόδι ἀπουδῆς, ac τῶν πόδι ἀπουδάσων. Siue autem dicas τό μοι δὴ πόδι ἀπόδασον, siue τῶν πόδι ἀπουδάσων (ut dicitur τό δὴ τῶν ἀδυνάτων) perinde est. Aut igitur mutanda non est hæc lectio, τίς ὀχὶ, Aut, si mutetur, hæc loquendi per genitiuum forma retinenda est.

35.24. ἢ) Lego ἢ, præcedente commate, ut sit una periodus usque ad ἐκ δὲ τῶν νοητῶν. ubi sic lego, ἐκ δὲ τῶν νοητῶν οὐδὲν κωλύει, ἢ τὴν Πυθαγόρων καὶ τὴν Πλάτωνος. De Platonis sententia lege Eusebium De præpar. Euang. 11.18. Quòd si atomi rerum principia sunt, ueluti incorporea, νοητὰ καὶ λόγῳ θεωρητὰ μόνον, & horum dissipatione interire mundus, & rursus coagmentatione nouus exoriri potest, cur non singulorum etiam corpora noua oriri & resurgere possent? Quòd si etiam alia statuantur principia, homœomeriæ, elementa quatuor, si mundus poterit nouus ex eis coalescere, eadem & de singulis corporibus fuerit ratio, aut ut nihil tale circa mundum eueniat, poterunt tamen singula ex quibus constituta sunt initio, in eadem q̃ resoluta, denuo ex ijsdem principijs renasci. Plato mihi uidetur (inquit Iustinus) etiam de resurrectione sententiam, à Gentibus minimè creditam, à Prophetis didicisse. in eo enim quod affirmauit animam unà cum corpore iudicari, nihil aliud insinuauit, quàm si sententiæ de resurrectione astipularetur.

41. Lego ἀπαλέχητα.

42. καὶ redundat.

Ibidem. πάντων ὑπηκοίων γιγνομένων) Poterat & ὑπηκοίων legi, hoc sensu, ut omnes homines uobis subijciantur, uel omnes hostes uestri in potestatem uestram ueniant, ἐπίκειρον quidem uel ἐπήκειον, mercedem, præmium & manupretium significat.

43. Lego ἡμῶν per η.

FINIS.

H. STEPHANVS P. NANNIO. S. D.

ANNVS agitur septimus, Nanni, quum ego ex Britannia rediens, uestram Louaniensem Academiam & te eius columen celeberrimum inuisi: à quo tempore mihi non iam de nomine duntaxat, sed etiam de facie notus esse cœpisti. Ibi cum de alijs scriptoribus ἀνασυρέσεις, tum de Athenagora orto sermone, quam de illius exemplaribus spem tibi quidam eripuerant (suum solum in uniuersa Europa antigraphum extare dicentes) memini me non sine magna tua uoluptate reddere. Iam enim alterũ exemplar de illius resurrectione libelli reperisse me, insuper uerò de tertio sperare etiã audere aiebam. Tuum uerò gaudium eo quem paulò pòst attuli nuntio de inuenta altera eiusdem Athenagoræ oratione, cumulasse me recordor. Cuius itidem unum præterea exemplar nancisci, non solùm in uotis, sed in spe etiam mihi esse dicebam. Iam uide Nanni quàm non inanis illa fuerit. Vtriusque orationis exemplar unum, ultra iam inuenta, in manus meas peruenit. Orationis De resurrectione antigraphum in regis Gallorum bibliotheca offendi, quæ est non extra Europam, sed in pago Calliroe Parisus uicino: alterius autem exemplar Romæ Guilielmus Sirletus uir doctissimus mihi ostendit, & eius copiam perlibenter fecit. Nunc utranque ad te mitto, ex mea editione: si non ut uolui, certè ut potui emendatam. Atque utinam nulli mendosiores libri essent, Huius authoris stylum hyperbatis plenum postquam tandem mihi familiarem reddidi, in hac mea editione positis passim parentheseωs notis, uiam lectoribus straui, & aditum ad quosdam locos, qui mihi difficillimus fuerat, illis facillimum effeci. Quas habebam coniecturas in multos prioris orationis locos, in unum collectas ad calcem libri reijciendas putabam: quia, meo more, nimium religiosus in sequendis meis exemplaribus, quàm temerarius in ijs corrigẽdis esse malebã. Sed Gesnerus (ille literariorum laborum Atlas) in suis annotationibus me hoc onere leuauit. Sunt tamen quæ addenda illis existimem, nonnulla. Quinetiam in libellum De resurrectione alicubi meas coniecturas protuli, necnon aliquot locis (quos fortè inter legendas operarum nostrarum formas consideraueram) in tuam interpretationem familiariter & liberè inquisiui. Quod quanto cum fructu fecerim, nescio: illud quidem certè poetæ Græci uerbum uerissimum esse scio, σοὶ τε δὴ ἔρχομαι. Vale. Ex typographeo nostro. X. Cal. Iun.

HENRICI STEPHANI TYPOGRAPHI ANNOTATIONES in Athenagoræ philosophi Christiani orationem De resurrectione mortuorum.

PAG. 40. vers. 26. τοῖς ἀνολλυτοις κεχαρισμένον] Infrà pag. 57. ὃ τοῖς ἀνολάστοις καὶ λάγνοις φίλον, φαγωμένν. &c.

42.29. τῶν μηδικῶν τράπεζαν ἐκείνων] Hoc, ut opinor, referendum est ad historiam illam quam narrat primo libro Herodotus, de Harpago qui filij sui membra ab Astyage apposita imprudens comedit.

43.30. τρίτης δὲ ἡμέρας τῶν ἑκάστου ζώστροφῶν γενομένης] Puto legendum γινομένης. ut pag. 45. uer. 7. γινομένων pro γενομένων. Hîc præterea non malè fortasse ante ἡμέρας adatur ἡλ.

44. ὃν πολλῶν ἐκεῖνον ὄγκον ἐπεισαχθέντα) Ferri utcunque potest hoc participium ἐπεισαχθέντα ab ἐπεισάγομαι. sed, aut ualde fallor, aut scriptum reliquit Athenagoras ὑπεζαχθέντα per ι non ει, ab ὑπεζάγομαι. significat enim ὑπεζάγομαι non solùm Sternor, Insternor: sed etiam Accumulor. unde ὑπεζαχθεὶς uel ὑπεζεσταγμένος. Accumulatus, Congestus. ut ita hîc interpretemur, Et magnam illam molem ad saburrandum uentrem congestam. Suum tamen cuiq; hîc relinquo iudicium. tolerari enim potest, uti, dixi etiam nostra lectio.

44.16. μεταβεβληκὼς) Antea legebatur μεταβεβηκὼς. sed certior illa lectio ex nomine μεταβολὴ, quo toties hac in re utitur, & participijs μεταβληθεῖσαν & συμμεταβαλλομένων, quæ proximè sequenti pagina usurpat.

31. (προσειρήσθω δὲ τοῦτο σωκθέτερον καὶ πρ.) Id est. Ita enim, consuetudinem sequendo, appellet. At tu uertis Nanni, Adijciat quoq; id ũitatũ esse. longè, ni fallor, à sententia authoris discedens, & magnã etiam uerbo προσειρήσθω uim afferens. Nam προσερεῖν (sicut & προσφωνεῖν & προσαγορεύειν) nõ significat Adijcere, sed Compellare, Appellare. Vnde & pag. 63. προσρήματος, appellationis, ὀνομασίας: non autem adiectionis siue additionis significat. Deinde προσειρήσθω passiuam & terminationem & significationem habet: adeo ut Latinè quoq; tibi passiuo uerbo utendum fuerit. Sed fortasse non animaduersa parenthesis tibi imposuit.

45.46. μέρεσι καὶ μορίοις) In superiori editione legitur, μέρεσι καὶ χωρίοις.) At illam lectionem comprobant cum alij loci, tum qui sunt pag. 41 & 45 & 53.

46.17. μὴ μιζοθήρεις) Antea legebatur μὴ μισοθήρεις. quam lectionem in tua interpretatione sequutus es, quum hanc, ut suspicor, non inuenisses. quæ si tibi, ut & mihi, magis placuerit, interpretationẽ tuam mutare poteris.

48. ὀδὲ γὰρ ἔσαι] In margine prioris editionis adnotatum est, ὃ γὰρ πρὸ ἐλκει. sed adnotatum, opinor, ὄναρ ἐκ ὑπῆ.

48.16. κὴ πρὸ φθορᾶς] In priori editione habet καὶ ὑπὸ φθορᾶς. in ueteri codice πρὸ φθορᾶς. Lectionem illam prætuli, sed ν sublata, ob omnino similem eiusdem uocabuli usum in hoc libello.

50.3. τύχοις ἢ σωδιαιωνίζωσιν) Videtur potius impedimento quàm adiumento huic loco esse particula δὲ. Porrò gaudet hoc uerbo σωδιαιωνίζειν Athenagoras: utitur enim & infrà pag. 53, item 62.

51.29. ὅθεν οἶμαι χρῆναι δίκαιον) In ueteri codice legitur χρῆν. at ego non dubito quin author scripserit χῶ, per parenthesin οἶμαι addens, ut ferè solet. Id est, Vnde (opinor) parerat. Nisi fortè legamus, ὅθεν οἶμαι ἂν δίκαιον. sed mihi non placet.

41. ἔχω δὲ τῇ τάξει διὸ τοῦ δύουσαν) Prior editio negatiuam particulam non habet, quam ex ueteri codice posui: ut pro καὶ μάλιστα συνυπάρχουσιν, καὶ ὅτι μάλιστα σωυπάρχωσιν. Non quidem, inquit, quòd ordine sit posterior: sed quia &c.

52.2. πᾶσαν ἐπείρησαν αἰτίαν) Non uideo quomodo ferri uerbum ἐπείρησαν posit: sed nec ἐπεχείρησαν in eius locum reponi quî possit, satis perspicio. quod legisse tamen uideris.

9. μηδ' αὐξάνεσθαι. Hæc quæ sequuntur uerba, τουτέστι τοὺς κομιδῇ νέους παῖδας· ἔτι δὲ πάντας αὐξάνεσθαι, in priori editione deerant. ego pro δὲ, legendum aut δὴ aut γε existimo. alioqui perperam suspensa sententia maneret.

12. δικαιοῦσιν) Aliam huius uerbi interpretationem desidero. Ais enim, Ipsi quoque æquum censent ut non ob iudicium resurrectio fiat. Quasi uerò Deus ex eorum pendeat iudicio, quid illi æquum esse uel non esse censeant, respiciat. Et, ut nihil ab-

surdi ex hac interpretatione sequeretur, dicendum esset δικαιοῦσιν ὁ γίνεσθαι, uel potius δικαιοῦσι μὴ γίνεσθαι. Sed in hoc genere loquendi locum haberet ἀξιοῦσι; an item δικαιοῦσι habere possit, nescio. Quare δικαιοῦσι puto uertendum Probant, quasi διὰ δικαιωμάτων. δικαιώματα enim latè aliquando pro quibusuis probationibus accipi, satis notum esse potest.

20. καὶ πρός γε τῶν ἄλλων) Vertis, & inter reliqua. at πρὸς cum genitiuo id significare nullo modo queat: imò ne aliam quidem ullam huic loco aptam habere potest significationem. unde fit ut legam πρό γε τῶν ἄλλων, id est Ante alia.

53. 5. καὶ διαλυθγόντων) Hæ uoces in priori editione non erant: quæ tamen uidentur esse necessariæ.

35. κατὰ τὴν ἰδίαν] γράφεται οἰκείαν.

38. λογιζόμενοι) γράφεται λογιζόμενοι. Quæ lectio mihi magis placet. ut sit ἐγνιζεῖδω μηδεὶς, λογιζόμενοι ὡς. &c.

39. τὸ μέτρον) Malim uertere Mensuram, quàm Modum. etsi Modus pro Mensura etiam accipitur. sed uitandam esse in interpretatione ambiguitatem, optimè nosti. Quæ sequuntur in tua translatione uerba, non inueni quomodo distinguenda essent: ista, Nec mirum, quum non una sit rerum perdurantium natura: unumquodq; enim pro sua natura perdurationem habet: non inueneris in purè incorruptilibus & immortalibus parem istiusmodi perdurationem. Hæc enim uerba non satis aptè cum præcedentibus colligari uidentur. at sublatis ijs quæ de tuo addidisti, optimè cohærebunt, hoc modo, Neque unam esse perdurandi mensuram: quia ne perdurantium quidem rerum una est natura. Si enim secundum propriam naturam unumquodq; perdurantium habet perdurationem, non inueneris &c.

46. ἄτε δὴ τῶν μὲν). Valde me turbauit hic tua interpretatio, cuius neque per se, neque cum Græcis uerbis collatæ sententiam probabilem inuenire potui. nam quum dicat Athenagoras τῶν μὲν, & τῶν δὲ, nimirum τῶν μὲν καθαρῶς ἀφθάρτων καὶ ἀθανάτων, deinde τῶν δὲ ἀνθρώπων. tu hæc duo & horum duorum ingens discrimen confundis, & quæ duabus diuersis tribuuntur naturis, tu uni humanæ tribuis. Considera diligenter hunc locum obsecro, & uide an non hæc sententia sit eius interpretatio, Vtpote quum illæ incorruptibiles naturæ, ab initio immortales creatæ sint, & sola creatoris uoluntate sine fine permaneat: homines autem, secundum animam quidem, iam inde à creatione habeant mutationis expertam perdurationem: at secundum corpus ex ipsa immutatione incorruptibilitatem assumant. Hanc eandem distinctionem apertè etiam declarant quæ sequuntur, ubi ait, Ad resurrectionem respicientes, & corporis dissolutionem (ut quæ hanc uitam consequatur, egestatis & corruptioni obnoxiam) expectamus: & post eam, corruptionis nesciam perdurationem speramus. Adeo ut neque brutorum morti hominum mortem, nec immortalium perdurationi hominum perdurationem assimilemus.

54. 11. ὑπὲρ τῶν τῶν ἀνθρώπων δαιμονίων] Ex accusatiuo genitiuum faciendum puto: ut legatur, ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων δαιμονίων. at contrà alibi hæc præpositio genitiuum pro accusatiuo habere mihi uisa est.

21. ἀδελφὸν τὸν θανάτου τὸν ὕπνον ὀνομάζουσιν] Video in præcedenti oratione pag. 13, uers. 9 & 10, ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάοσι.

25. ἕνεκά γε τῆς ἠρεμίας) interpretaris, Ratione quietis. quasi ἕνεκα τῆς ἠρεμίας idem esset quod διὰ τὴν ἠρεμίαν, aut ὡς λόγῳ τῆς ἠρεμίας. quum uelut restrictionem quandam denotet: quasi diceret, non usquequaque similia, sed in ijs tantùm quæ ad quietem spectant. Malim igitur, Quantum quidem ad quietem attinet. uel, Quietis quidem respectu. uel Quatenus quidem ambo quiescunt, & nihil. &c. Sed & illud non placet quod quum hic bellè procedant omnia ex ijs quę in contextu Græco habentur uerbis, tu de tuo nescio quæ addideris.

56. 5. καὶ πῶς ὁ τέφυκεν ἀχρή. ὁ γὰρ οἶμαι) Me torsit hic locus, & in eo immoratus sum aliquandiu: sed grande pretium moræ tandem me reportasse existimo. Nam hæ duæ particulæ ἀχρὴ quid sibi uolunt? quid aliud quàm sententiam alioqui manifestam perturbant? Deinde ista loquutio, ὁ γὰρ οἶμαι φιλοτιμίας τὸ ἐθέλειν, qualis erit, & quid significabit? Certè nihil aliud sonare potest, ὅσον φιλοτιμίας ἐστὶ, quàm ὅσον φιλοτιμίας πρόσεστι, uel τὸ φιλότιμον ἀνδρὸς, uel ὅσον φιλοτιμοῦν ἀνδρῶν ἔργον ἐστί. Hic igit dicet id ἐκεῖνο φιλοτιμίας, quod sententia ostendit & ratio etiam docet eum uelle dicere ἐκεῖνο φιλοτιμίας. Quid enim aliud, ὁ γὰρ οἶμαι φιλοτιμίας (sub. ἐκεῖνο) significare posit? At tu quũ absurditatẽ sequi ex hac particula negatiua animaduerteres, prudenter eam reiecisti: sicut & ἀχρὴ, quæ sententiam præcedentem

dentem impediebant. Sed quid tu pro illis? Nihil. At ego articulum ἄ reijcio, uerbum χρὴ respuo, negatiuam οὐ repudio: uerùm literas omnes harum particularum, præter unam, seruo. & ex tribus uocibus unam, literis seruatis & earum ordine, compono: ex ἄχρηὸν faciens ἀχρεῖον. ut post πέφυκεν notetur πλεῖα sιγκὴ, deinde legatur, ἀχρεῖον γὰρ οἶμαι φιλοτιμίας τὸ &c. Id est, Inutilis enim ambitionis esse puto, uelle, &c. aut, uanæ ambitionis. Aut commutata forma loquendi, Inutiliter enim, uel, Intempestiuè enim ambitiosi hominis fuerit, uelle. &c. Vides quàm parua sit mutatio ex ἀχρὴ οὐ in ἀχρεῖον. animaduertis quàm bene fluat oratio cum hac uoce: quæ quàm usitata sit in hoc sensu passim apud authores, non ignoras. Sed & ex hoc ipso scriptore si testimoium requiris, habes locum pag. 40, οὐκ ἀχρεῖον φαίνεται. Pro quo etiam sæpe dicunt Græci, οὐκ ἄκαιρον φαίνεται, quo modo & Latini, Non intempestiuum uidetur. Quid igitur superest? quid uerò aliud quàm ut hanc emendationem approbes? Ac ne putes apud Athenagoram solum huiusmodi menda reperiri. tale est apud Diogenem Laertium in uulgata editione πῶς μὴ ὄν pro πῶς μὴ ὄν. & contra apud Strabonem, ῥιοχάρ τοταμὸς, pro ῥεῦ ὀχάρ τοταμός. Et hæc quidem quasi ἐξ ὑπομέτρου habe.

6. τὸ καταίνειν ἢ διαιρεῖν νῦν.) Quum mihi aliquantum negotij exhibuisset superioris loci difficultas, utpote turpiter deprauati: eã excepit hæc non minor, imò uerò multò maior, ob errorem quem initio quidem inextricabilem esse credebam: ex eo tamen, ni fallor, me extricaui, & nunc alios itidem extricabo. Igitur quum uiderem ex ueteri codice adnotatum esse κατάγειν, initio de hoc loco minus laborare, & tanquam aliquid adiumenti ad eum intelligendum allatura illa esset lectio, minus anxius esse cœpi. Sed tandem comperi nihil differre scriptam lectionem ab impressa: nisi quòd hæc nihil prorsus significaret, illa autem significaret quidem aliquid, sed quod longè à sententia nostri authoris remotum esset. Tunc id quo me in alijs locis usum memineram remedium, huic quoque adhibendum censui: & an ex duabus malis lectionibus bona una confici posset, tentaui. sed hoc non processit, nihil enim aliud quàm κατάγνειν, ita efficiebatur. Quum hac non succederet, alia aggressus sum uia, & aliquam de meo literam addendam esse cogitaui. Adita ergo literam feci καταγνύειν, tale quid apud Platonem esse putans. Quærere quum ambigerem, etiam de lectione ea ambigebam: do nec tandem in eum quem quærebam Platonis locum incidi. is est in Phædro: ubi ait Socrates oportere in disputando de re qualibet τὸ κατ' εἶδη διατέμνειν κατ' ἄρθρα ἃ πέφυκε, καὶ μὴ ἐπιχειρεῖν καταγνῦναι μέρος μηδενὶ, κακοῦ μαγείρου τρόπῳ χρώμενον. Quinetiam ex abundanti locum Ciceronis illic libri mei margini adscriptum reperi, in quo apertè ad hunc Platonis locum allusit. is est in 2. De finibus, ubi cupiditatum diuisionem quam Torquatus libro primo posuerat, reprehendens, ait, Quomodo autem philosophus loquitur tria genera cupiditatum, naturales & necessarias: naturales, non necessaries: nec naturales, nec necessarias? Primùm diuisit ineleganter. duo enim genera quæ erant, fecit tria. hoc est non diuidere sed frangere rem. Qui si diceret. &c. Quid aliud sonant apud Ciceronem hæc duo uerba, Diuidere, Frangere, quàm apud nostrum Athenagoram καταγνύειν, διαιρεῖν? nónne eadem in re utrobique usurpata? Opus enim habent (inquit Athenagoras) quæcunque cre ata sunt, sui creatoris cura: singula autem peculiariter, secundum quod & ad quod à natura edita fuerunt. Inutilis enim ambitio, & uana quædam doctrinæ ostentatio eius fuerit qui nunc frangere, aut diuidere, aut sigillatim quid cuiq; naturæ accommodatum sit, recensere uoluerit. Sed ad probandam tibi cæterisque doctis uiris meam de hoc loco coniecturam nihil fortasse tot uerbis opus erat.

15. ὦν τῶν] Pro τῶν hîc τῶν reposui, sine mei exemplaris authoritate, cuius lectio, opinor, inter conferendum, aures meas præteruolarat. sed quin ita legendum sit, nemini dubium esse potest, quum referatur ad σωαμφότερον. hæc autem quæ sequuntur uerba, λέγω δὴ σωαμφότερον, τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον, parenthesi inclusisse debueram. ut & in tua interpretatione feci.

19. εἰ δὲ ἡ τοῦ σωαμφοτέρου] Hoc est initium periodi (si periodus uocãda est) quam claudit paginæ præsentis uersus 48. adeo ut ad illa usque uerba, εἴτε ἀγαθὰ, εἴτε κακὰ, suspendatur. Ex tam longo & sinuoso hyperbato ut facilè se expedire posset lector, diligenter parentheses notaui suis locis. At in tua interpretatione eas notare eodem modo non potui, quia quam noster scriptor per tam longum spatium protrahit periodum

dum, tu aliquot in locis abscindis. Ego omissis omnibus ijs quæ per parenthesin addita sunt, huic orationi pro sinnuoso, ut dixi, hyperbato, rectum cursum dabo, hoc modo, εἰ δὲ καὶ τὸ σωματοφθόρου φέρει τὴν ὧν τοῖς ἐργασμένοις δίκην ἡ δικαία κρίσις, καὶ μήτε τὴν ψυχὴν μόνην δεῖν κομίζεσθαι τὰ ἐπιχειρα τῶν μετὰ τοῦ σώματος ἐργασμένων, μήτε τὸ σῶμα μόνον· ὁ δὲ ἐκ τούτων ἄνθρωπος τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐργασμένων αὐτῷ δίκην κρίσιν· οὐδὲ γὰρ ὅτι καὶ τὴν δὲ τὴν ζωὴν εὐρίσκει συμβαῖνον ὁ λόγος, ὅτι δὲ μετὰ θάνατον· δῆλον πᾶσιν τὸ λειπόμενον, ὅτι δεῖ. &c. Libet etiam meo modo hæc interpretari, his uerbis, Quòd si aduersus utrunque simul (hominem, ex utroque, anima & corpore compositum) iustum iudicium (Dei) statuit retributionem eorum quæ fecit: & neque animæ soli rependi oportet ea quæ fecit unà cum corpore, neque corpori soli: homo autem ex ambobus his conflatus, singulorum factorum iudicium subit: iam uerò hoc neque in hac uita, neque post mortem fieri ratio euincit: Equidem manifestum est omnibus id quod consequitur, nimirum esse necesse secundum Apostolum, ut &c.

30. διὰ δὲ τὸ πολλοὺς] Omnino legendum est διαλγε aut διά τε. Quarum uocum utramlibet posuerimus, ad ornatum aliquid, ad sensum nihil faciet. tantundem enim ualet διὰ τὸ, nulla interiecta huiusmodi particula. Simul autem pro hypostigme ponenda fuerit hypodiastole post βίῳ.

40. καὶ μηδὲν ἔτι σώζοντος τὴν πεπτωκυῖαν φύσιν, ἢ μορφῆς, ἤτοι γε τὴν μνήμην τῶν πεπραγμένων] Hæc tu ita reddidisti Latinè, Nihilq; iam superfit quod uel ueterem formam uel naturam, imò ne memoriam quidem eorum quæ facta sunt retineat. Quum autem ita uertis, planè orationem non sine periculo inuertis, quasi uidelicet legeretur, καὶ μηδὲν ἔτι σώζοντος τὴν πεπτωκυῖαν φύσιν, ἢ μορφήν. Deinde non rectè particulam ἤτοι Latina uoce Imò interpretaris: ac uim eius si exprimere uolebas, particula Nedum potius utendum erat. Denique ita uertissem ego hunc locum, Nihilq; iam (ipsum corpus) ex pristina natura uel forma, nedum memoriam rerum actarum, seruet.

57. 9. ἢ πολὺ τούτων ἀσφαλέστερον, τὸ δοξάζειν] Id est, An multo tutius est, existimare. At tu ita uertis quasi legeretur, ἢ τὸ τούτων πολὺ ἀσφαλέστερον, δοξαστέον, inuertens uerba. sic enim interpretaris, An quod multo certius est, existimandum. Non enim statuit sed quærit an statui debeat tanquam certius.

16. οἱ τὰ πάθη διαλαγωγοῦντες] Voce Diui Pauli elegantissima & significantissima utitur.

A me dum hi libelli excuderentur, Nanni, artificum nostrorum quotidiana opera examinante, hæc obiter animaduertebantur: aliaq; nonnulla, quæ, quòd ijs locus in hoc ternione non sit, omitto. In istis si perspicax fui, est quod gaudeam: si parum uidi. non est tamen quòd reprehensionem reformidem: quia nihil neque in Græcis neque in Latinis, ex meo sensu, immutaui, sed omnia integra & tuo et aliorum doctorum hominum iudicio seruaui.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN